

posset videri vestis appellatione suppellectilis contineri.

11. IDEM libro X. ex Posterioribus Labeonis.—Vasa aenea salientis aquae posita, item si quid aliud magis deliciarum, quum usus causa paratum esset, non esse suppellectilis, Labeo, Trebatius putant. Murrhea autem vasa, et vitrea, quae ad usum edendi et bibendi causa parata essent, in suppellectili dicuntur esse.

12. LABEO libro IV. Pitthanon a Paulo epimathorum.—Quemadmodum urbanus servus et rusticus distinguitur non loco, sed genere usus, ita urbana penus et supellex ad usum urbanum, non ad locum urbanum aut peregrinum dirigenda est, multumque interest, penus et supellex ea, quae in urbe sit, an urbana legetur vel promittatur.

13. MODESTINUS libro IX. (1) Responsorum respondit:—Nunquam ex eo, quod suppellectilem legavit maritus testamento, habitationem, in qua supellex fuit, legasse videtur; quare contra defuncti voluntatem habitationem sibi mulierem vindicare, procul dubio est.

14. CALLISTRATUS libro III. de Cognitionibus.—Fundo legato, instrumentum eius non aliter legato cedit, nisi specialiter id expressum sit; nam et domo legata neque instrumentum eius, neque supellex aliter legato cedit, quam si id ipsum nominatim expressum a testatore fuerit.

vestidos no se habían de agregar al legado, porque no se podría considerar que con la denominación del ajuar se comprendiesen los vestidos.

11. EL MISMO; *Doctrina de las Obras póstumas de Labeón, libro X.*—Opinan Labeón y Trebacio, que los vasos de bronce puestos para el agua de los surtidores, así como otra cualquier cosa que hubiere sido destinada más bien por causa de recreo que de uso, no son del ajuar. Pero los vasos de murra, y los de vidrio, que hubiesen sido destinados al uso de comer y de beber, se dice que están comprendidos en el ajuar.

12. LABEÓN; *Dichos recopilados por Paulo, libro IV.*—Así como el esclavo urbano y el rústico se distinguen no por el lugar, sino por el género de su uso, así también las provisiones urbanas y el ajuar urbano se han de referir al uso urbano, no al lugar urbano ó al extranjero, y hay mucha diferencia entre que se leguen ó se prometan las pensiones y el ajuar, que haya en la ciudad, ó los urbanos.

13. MODESTINO *respondió en el libro IX. de las Respuestas:*—Nunca se considera, que, porque el marido legó en su testamento el ajuar, haya legado la habitación en que estuvo el ajuar; por lo cual no hay duda alguna de que la mujer reivindique para sí la habitación contra la voluntad del difunto.

14. CALISTRATO; *De las Jurisdicciones, libro III.*—Legado un fundo, su ajuar no se agrega al legado de otro modo, sino si especialmente se hubiera expresado esto: porque tampoco si se hubiera legado una casa se agregan al legado ni los utensilios ni el ajuar de otro modo, sino si esto mismo hubiere sido determinadamente expresado por el testador.

LIBER TRIGESIMUSQUARTUS

TIT. I

DE ALIMENTIS VEL (2) CIBARIIS LEGATIS

1. ULPIANUS libro V. de omnibus Tribunalibus.—Si alimenta fuerint legata, dici potest, etiam aquam legato inesse, si in ea regione fuerint legata, ubi venundari aqua solet.

2. MARCIANUS libro VIII. Institutionum.—Si quis libertis alimenta reliquerit, etsi legati fuerint servi, et rogati legatarii manumittere, ad fideicommissum admittuntur, ut et Divi quoque Severus et Antoninus rescripserunt.

§ 1.—Et licet ad fiscum bona fuerint devoluta, ex quibus alimenta debeantur, praestanda sunt, sicuti si ad quemlibet successorem transiissent.

3. ULPIANUS libro II. de officio Consulibus.—

(1) II., Hal.

LIBRO TRIGÉSIMOCUARTO

TÍTULO I

DEL LEGADO DE LOS ALIMENTOS Ó DEL SUSTENTO

1. ULPIANO; *De todos los Tribunales, libro V.*—Si se hubieren legado los alimentos, se puede decir, que también se comprende el agua en el legado, si se hubieren legado en región en que se suele vender el agua.

2. MARCIANO; *Instituta, libro VIII.*—Si alguno hubiere dejado los alimentos á los libertos, aunque hubieren sido legados esclavos, y se les hubiere rogado á los legatarios que los manumitan, son admitidos al fideicomiso, como también respondieron por rescripto los Divinos Severo y Antonino.

§ 1.—Y aunque se hubieren devuelto al fisco los bienes de que se deban alimentos, se han de prestar, lo mismo que si hubiesen pasado á cualquier sucesor.

3. ULPIANO; *Del cargo de Cónsul, libro II.*—

(2) ET, la Vulg.

Solent iudices ex causa alimentorum libertos dividere, quoties plures sunt heredes, ne a singulis heredibus minutatim alimenta petentes distringantur (1); quam divisionem perinde tueri oportet, atque si paterfamilias ipse libertos divisisset. Solent et unum eligere, per quem alimenta praestentur, aut ex voluntate defuncti, aut arbitrio suo, ut Rescripta subiecta ostendunt: «Exemplum libelli dati mihi a libertis Sili (2) misi vobis, sciens, ad exemplum istam rem pertinere, quia multi testamentis suis praestari libertis iubent necessaria, quae, quia minimi aeris sunt, ad nihilum perduntur, quum plures heredes coeperunt per successiones existere. Qua de causa puto vos recte facturos, si convocatis Favillae (3) heredibus procuratorisve eorum constitueritis, cui a ceteris dari debeat pecunia, ex cuius usuris alimenta praestentur. Debebit autem is, qui accipiet, cavere iis, qui dabunt, redditurum se, ut quisque ex libertis decesserit, aliove quo modo in civitate esse desierit, tantum ex sorte, quantum efficiet pro portione computatio». Divus Pius Rubrio cuidam Telesphoro rescripsit: «Consules vocatis his, a quibus vobis alimenta deberi ex causa fideicommissi constitit, vel omnes ab uno, vel facta pro rata distributione, quis (4), et a quibus percipiatis, decernent; fiscus enim, si eo nomine quid ab eo vobis deberetur; (5) exemplum sequetur. Iam nunc sciatis, partes eorum, qui solvendo esse desierint, non pertinere ad onus reliquorum heredum.

4. MODESTINUS libro X. Responsorum. — Τοῖς τε ἀπελευθέροις, ταῖς τε ἀπελευθέραις μου, οὓς ζῶσα ἐν τῇ διαθήκῃ, ἐν τῇ τοῦ κωδικιλλῆ ἡλευθέρωσα, ἢ ἐλευθέρωσω, δοθῆναι βούλομαι τὰ ἐν Χίῳ μου χωρία ἐπὶ τῷ καὶ ὅσα ζώσης μου ἐλάμβανον, στοιχεῖσθαι (6) αὐτοῖς κιβηρίου καὶ βεστιαρίου ὀνόματι. [Libertis libertabusque meis, quos vivens in testamento et codicillis manumisi, vel manumittam, dari volo mea praedia, quae in Chio insula habeo; ad hoc, ut, quaecunque vivente me acceperint, constituentur iis cibarii et vestiarii nomine; (7)] quaero, quam habeant significationem, utrum ut ex praediis alimenta ipsi capiant, an vero ut praeter (8) praedia, et cibaria, et vestiaria ab herede percipiant; et utrum proprietas, an usufructus relictus est? Et si proprietas relictas sit, aliquid tamen superfluum inveniatur in re ditibus, quam est in quantitate cibariorum et vestiariarum, an ad heredem patronae pertinet (9)? Et si mortui aliqui ex libertis sint, an pars eorum ad fideicommissarios superstitum pertinet, et an die cedente fideicommissi morientium libertorum portiones ad heredes eorum, an testatoris decurrant? Modestinus respondit: videntur mihi ipsa praedia esse libertis relictas, ut pleno dominio haec habeant, et non per solum usumfructum; et ideo et si quid superfluum in re ditibus, quam in cibariis erit, hoc ad libertos pertineat. Sed etsi decesserit fideicommissarius ante diem fideicommissi cedentem, pars eius ad ceteros

Suelen los jueces distribuir por causa de los alimentos los libertos, siempre que hay muchos herederos, á fin de que no se cansen pidiendo al menudeo los alimentos á cada uno de los herederos; cuya distribución debe ser respetada lo mismo que si el mismo padre de familia hubiese distribuido los libertos. Suelen elegir también á uno por quien se presten los alimentos, ó por voluntad del difunto, ó por su propio arbitrio, como lo demuestran los siguientes Rescriptos: «Os envié copia de la instancia á mi presentada por los libertos de Silio, sabiendo, que este caso servirá de ejemplo, porque mandan muchos en sus testamentos que se les den á los libertos las cosas necesarias, las cuales, como son de mínima entidad, se reducen á la nada, cuando por las sucesiones comenzó á haber muchos herederos. Por esta causa opino, que haréis bien, si, convocados los herederos de Favilla ó sus procuradores, designáreis á quien se le deba dar por los demás el dinero, de cuyos intereses se paguen los alimentos. Pero deberá el que lo recibiere dar caución, á los que lo dieren, de que devolverá, á medida que cada uno de los libertos hubiere fallecido, ó que de otro cualquier modo hubiere dejado de pertenecer á la ciudadanía, tanto de capital como arrojar el cómputo á proporción». El Divino Pio respondió por rescripto á un tal Telesforo: «Los Cónsules, habiendo convocado á aquellos por quienes constare que se os deben los alimentos por causa de fideicomiso, decretarán ó que todos los recibais de uno, ó, hecha á prorata la distribución, quiénes y de quiénes los hayáis de recibir; porque el fisco, si por él se os debiere por tal motivo alguna cosa, seguirá el ejemplo. Y ahora sabed, que las partes de los que hubieren dejado de ser solventes no son carga de los demás herederos».

4. MODESTINO; Respuestas, libro X.—«Quiero que á mis libertos y libertas, á quienes en vida manumití, ó manumitiere, en testamento y por codicilos, se les den mis predios, que tengo en la isla de Quíos; con este objeto, con el de que todo lo que hubieren recibido, viviendo yo, se les constituya á título de sustento y de vestido»; pregunto, ¿qué significación tendrían estas palabras, acaso que de los predios tomen ellos los alimentos, ó que además de los predios perciban del heredero el sustento y el vestido? ¿Y se dejó acaso la propiedad, ó el usufruto? Y si se hubiera dejado la propiedad, pero se faltara en las rentas algún remanente sobre el importe de los alimentos y del vestido, ¿le pertenecerá al heredero de la patrona? Y si se hubieran muerto algunos de los libertos, ¿corresponde acaso la parte de estos á los fideicomisarios sobrevivientes, y, comenzando á correr el término del fideicomiso, pasarán las porciones de los libertos, que fallezcan, á sus herederos, ó á los del testador? Modestino respondió: á mi me parece que estos predios fueron dejados á los libertos para que los tengan en pleno dominio, y no solamente en usufruto; y por lo tanto, aunque en las rentas hubiere algún remanente sobre lo que importaren los alimentos, aquel les pertenecerá á los libertos. Mas aun cuando hubiere fallecido un fideicomisario antes de comenzar á correr el término del fidei-

(1) Taur. al márgen; distribuuntur, en el texto.

(2) Fasalii, Hal.; Favillae, la Vulg.

(3) Fasalii, Hal.

(4) quid, Hal.

(5) id, inserta Hal.

(6) El códice Fl. según Br.; στοιχεῖσθαι, Taur.; ἰνυεῖσθαι [adiiciantur], Hal.

(7) La versión vulgar.

(8) propter, la Vulg.

(9) Taur. según corrección del códice Fl., Br.; pertinent, la escritura original.

fideicommissarios pertinet; post diem autem cedentem si qui mortui sint, ad suos heredes haec transmittent.

§ 1.—Lucius Titius testamento suo libertis libertabusque cibaria et vestiaria a liberis suis iisdemque heredibus praestari iussit nulla conditione addita; quaero, an, si sine patroni liberis iisdem liberti agant, cibaria et vestiaria accipere possint. Modestinus respondit, nihil proponi, propter quod petitio eorum, quae testamento pure legata sunt, non competat.

5. IDEM libro XI. *Responsorum*.—Verba testamenti: «omnibus libertis nostris cibaria praestabitur pro arbitrio vestro, non ignorantes, quot (1) ex his caros habuerim, item alio loco: Prothymum (2), Polychronium, Hypatium (3) commendo, ut et vobiscum sint, et cibaria praestetis peto»; quaero, an omnibus cibaria debent dari, an his, quos commendavit, et cum heredibus esse iussit? Modestinus respondit, omnibus libertis cibaria relictas proponi, quorum modum viri boni arbitrio statuentum esse.

6. IAVOLENUS libro II. *ex Cassio*.—Legatis alimentis cibaria, et vestitus, et habitatio debentur, quia sine his alii corpus non potest; cetera, quae ad disciplinam pertinent, legato non continentur;

7. PAULUS libro XIV. *Responsorum*.—nisi aliud testatorem sensisse probetur.

8. PAPINIANUS libro VII. *Responsorum*.—Pecuniae sortem alimentis libertorum destinatum, unum ex heredibus secundum voluntatem defuncti praecipientem cavere non esse cogendum, ex persona deficientium partes coheredibus restitui, placuit; ob eam igitur speciem post mortem omnium libertorum indebiti non competit actio, nec utilis dabitur. Diversa causa est eius, cui legatorum divisio mandatur, nam ea res praesentem ac momentariam curam iniungit, alimentorum vero praebendorum necessitas oneribus mensuris atque annuis, verecundiam quoque pulsantibus, adstringitur.

9. IDEM libro VIII. *Responsorum*.—Alio herede instituto ita scripsit: «a te peto, Cai Sei, quidquid ex hereditate mea redegeris, illis alumnis meis des singulis denos aureos, eandemque summam penes te esse volo, cuius ex incremento eos alere te volo; reliquum restitues Numerio, conliberto nostro»; respondi, quamvis distrahere bona Caius Seius alio scripto herede non possit, tamen eum, alumnis relictam pecuniam ut servet ac restituat intra Falcidiam, recte petitorum; quod (4) de superfluo probari non potest.

comiso, la parte de él les pertenece á los demás fideicomisarios; pero si algunos hubieran muerto después de comenzar á correr el término, las transmitirán á sus propios herederos.

§ 1.—Dispuso Lucio Ticio en su testamento, no habiendo añadido ninguna condición, que á los libertos y libertas se les diesen por sus hijos y herederos los alimentos y el vestido; pregunto, si, no viviendo estos mismos libertos con los hijos del patrono, podrían obtener los alimentos y el vestido. Modestino respondió, que no se exponía nada por lo que no competía la petición de las cosas, que se legaron puramente en el testamento.

5. EL MISMO; *Respuestas, libro XI*.—Palabras de un testamento: «a todos nuestros libertos les prestaréis alimentos á vuestro arbitrio, no ignorando cuántos de estos me eran queridos; y también en otro lugar: os recomiendo á Protimo, á Policronio, y á Hipacio, para que esten también con vosotros, y os pido que les prestéis alimentos»; pregunto, ¿se les deben dar alimentos á todos, ó á aquellos á quienes recomendé y dispuso que estuviesen con los herederos? Modestino respondió, que se exponía que á todos los libertos se les dejaron los alimentos, cuya cuantía se había de determinar á arbitrio de hombre bueno.

6. IAVOLENO; *Doctrina de Cassio, libro II*.—Legados los alimentos, se deberán el sustento, el vestido y la habitación, porque sin estas cosas no se puede alimentar el cuerpo; lo demás, que corresponde á la educación, no se comprende en el legado,

7. PAULO; *Respuestas, libro XIV*.—si no se prueba que otra cosa entendió el testador.

8. PAPINIANO; *Respuestas, libro VII*.—Se determinó, que uno de los herederos, que conforme á la voluntad del difunto retira de la masa la cantidad del dinero destinada á alimentos de los libertos, no ha de ser obligado á dar caución de que por razón de la persona de los que fallezcan se restituirán sus partes á los coherederos; así, pues, por este motivo no compete después de la muerte de todos los libertos la acción de lo no debido, ni se dará la útil. Diversa condición es la de aquel á quien se le encomienda la división de los legados, porque esta impone un cuidado presente y momentáneo, pero la necesidad de suministrar alimentos se liga con cargas mensuales y anuales, que afectan también al decoro.

9. EL MISMO; *Respuestas, libro VIII*.—Habiendo instituido heredero á otro, escribió uno de este modo: «te pido, Cayo Seyo, que, sea lo que quiera lo que recogieres de mi herencia, le des á cada uno de aquellos alumnos míos diez áureos, y quiero que esté en tu poder esta misma suma, con cuyos réditos quiero que los alimentes; y lo restante lo restituirás á Numerio, nuestro conliberto»; respondi, que, aunque Cayo Seyo no pueda, habiendo sido otro instituido heredero, vender los bienes, sin embargo, él pedirá con razón el dinero dejado á los alumnos para guardarlo y restituirlo dentro de los límites de la Falcidia; lo que no se puede aprobar respecto de lo sobrante.

(1) quos, *Hal. Vulg.*

(2) Según nuestra enmienda; Prothymum, el códice Fl.; Protimum, *Hal.*; Prothimium, la *Vulg.*

(3) Hippatium, *Hal.*

(4) quando, *Hal.*

§ 1.—Eum quoque libertum inter eos, quibus cibaria, item vestiarium patrona, quae viva praestabat, reliquit, recte fideicommissum petiturum existimavi, qui annuos viginti (1) aureos, et mensurum frumentum atque vinum acceptavit.

10. IDEM libro IX. *Responsorum*.—Quum unus ex heredibus certam pecuniam praecipere iussus esset, de cuius sorte libertis alimenta praestaret, heredem quoque heredis ad praeeptionem admitti placuit; si tamen plures heredes heres haberet, intentionem quidem defuncti prima facie refragari, sed aliud probari non oportere. Quid enim, si ceteros heredes suos evitavit, et quietam ac verecundam atque etiam idoneam, libertis consulens, domum sequi maluit? Et ideo ab omnibus heredibus heredis alimenta praestabuntur.

§ 1.—Verbis fideicommissi pure manumisso praeteriti quoque temporis alimenta reddenda sunt, quamvis tardius libertatem recuperaverit, nec heres moram libertati fecerit; tunc enim explorari moram oportet, quum de usuris fideicommissi quaeritur, non de ipsis fideicommissis.

§ 2.—Alimentis viri boni arbitrato filiae relictis, ab herede filio (2) pro modo legatae dotis, quam solam pater exheredatae (3) filiae nubenti dari voluit, atque pro incrementis aetatis eam exhibendam esse respondi, non pro viribus hereditatis.

11. PAULUS libro X. *Quaestionum*.—Is, cui annua (4) alimenta relicta fuerant, in metallum damnatus, indulgentia Principis restitutus est; respondi, eum et praecedentium annorum recte cepisse alimenta, et sequentium deberi ei.

12. IDEM libro XIV. *Responsorum*.—Lucius Titius libertis suis cibaria et vestiaria annua certorum numorum reliquit, et posteriore parte testamenti ita cavuit: «obligatos iis ob causam fideicommissi fundos illis, ut ex reditu eorum alimenta suprascripta percipiant»; quaesitum est, an, si quanto minores redditus pervenerint, quam est quantitas cibariorum et vestiariorum, heredes ad supplendam eam onerari non debeant, vel si alio anno excesserint, an supplendum sit, quod superiore anno minus perceperint. Paulus respondit, cibaria et vestiaria libertis defuncti integra deberi, neque ex eo, quod postea praedia his pignoris iure testator obligare voluit, ut ex reditu eorum alimenta perciperent, minuisse eum, vel auxisse ea, quae reliquerat, videri.

13. SCAEVOLA libro IV. *Responsorum*.—Cayo Seio trecentos aureos legavit, ut ex usuris eius summae libertis cibaria et vestiaria praestaret, quae statuerat; codicillis autem eandem summam

§ 1.—Yo opiné, que con razón pedirá el fideicomiso, entre aquellos á quienes la patrona les dejó los alimentos, y también el vestido, que en vida les prestaba, también el liberto que aceptó veinte aureos anuales y una cantidad mensual de trigo y de vino.

10. EL MISMO; *Respuestas, libro IX*.—Cuando se hubiese mandado que uno de los herederos retire de la masa cierta cantidad de dinero, de cuyo capital prestase alimentos á los libertos, se determinó que también se admitía al prelegado el heredero del heredero; pero que si el heredero tuviese muchos herederos, se contrariaba ciertamente á primera vista la intención del testador, mas no se debía aprobar otra cosa. Porque ¿qué se dirá si huyó de los demás herederos, y mirando por los libertos prefirió elegir una casa pacífica, pundonorosa, y también idónea? Y por lo tanto, se prestarán los alimentos por todos los herederos del heredero.

§ 1.—Al manumitido puramente con las palabras de un fideicomiso se le deben dar los alimentos también del tiempo pasado, aunque más tarde haya recuperado la libertad, y el heredero no hubiere causado mora para la libertad; porque entonces se debe investigar la mora cuando se trata de los intereses del fideicomiso, no de los mismos fideicomisos.

§ 2.—Habiéndose dejado alimentos á la hija á arbitrio de hombre bueno, respondí, que ella ha de ser alimentada por el hijo heredero en proporción á la dote legada, que sola quiso el padre que se le diera al casarse á la hija desheredada, y con arreglo á los progresos de la edad, no conforme á las fuerzas de la herencia.

11. PAULO; *Cuestiones, libro X*.—Uno, á quien se le habian dejado alimentos anuales, condenado á las minas, fué restituido por indulgencia del Principe; respondi, que con derecho percibió éste los alimentos también de los años anteriores, y se le debian los de los siguientes.

12. EL MISMO; *Respuestas, libro XIV*.—Lucio Ticio dejó á sus libertos para cada año los alimentos y el vestido de cierta cantidad, y dispuso así en la última parte del testamento: «quedan obligados á favor de ellos por causa del fideicomiso mis fundos, tal y tal, para que de las rentas de los mismos perciban los susodichos alimentos»; se preguntó, si, en cuanto las rentas llegaren á ser menores de lo que es la cantidad de los alimentos y del vestido, no se deberán gravar los herederos para suplir esta, ó si, habiendo excedido en otro año, se haya de suplir lo que en el año anterior hubieren percibido de menos. Paulo respondió, que á los libertos del difunto se les debian integros los alimentos y el vestido, y que no porque después quiso el testador obligarles con derecho de prenda los predios, para que de las rentas de los mismos percibiesen los alimentos, se considera que él disminuyó ó aumentó lo que habia legado.

13. SCAEVOLA; *Respuestas, libro IV*.—Uno legó á Cayo Seyo trescientos aureos, para que con los intereses de esta suma prestase á los libertos los alimentos y el vestido, que habia señalado; mas en

(1) XXIV., la Vulg.

(2) suo, por filio, Hal. Vulg.

(3) ex hereditate, la Vulg.

(4) annua, omitela Hal.

vetuit dari Caio Seio, sed dari Publio Maevio voluit; quaero, an libertis fideicommissum debeat Maevius. Respondi (1), Maevium, nisi aliud, de quo non deliberaretur, doceat sibi a testatore iniunctum, videri secundum voluntatem testatoris recepisse ea onera, quae adscripta erant ei summae, quae in eum codicillis transferebatur.

§ 1.—Imperator Antoninus Pius libertis Sextiae (2) Basiliae: «Quamvis verba testamenti ita se habeant, ut, quoad cum Claudio Iusto morati essetis, alimenta et vestiarium legata sint, tamen hanc fuisse defunctae (3) cogitationem interpreter, ut et post mortem Iusti eadem vobis praestari voluerit». Respondit, eiusmodi scripturam ita accipi, ut necessitas alimentis praestandis perpetuo maneat.

§ 2.—Item consultus de tali scriptura: «et tecum sint semper volo», quaero, quum manumissi ab herede cum eo morati diu sint, sed ob graviolem servitutem ab eo discesserint, an alimenta his debeantur, quae negat, se praestare, nisi vice servitutis his (4) uteretur? Respondit, secundum ea, quae proponerentur, deberi.

14. ULPIANUS (5) libro II. Fideicommissorum. —Mela ait, si puero vel puellae alimenta relinquuntur, usque ad pubertatem deberi. Sed hoc verum non est, tamdiu enim debebuntur (6), donec testator voluit, aut si non paret, quid sentiat, per totum tempus vitae (7) debebuntur.

§ 1.—Certe si usque ad pubertatem alimenta relinquuntur, si quis exemplum alimentorum, quae dudum pueris et puellis dabantur, velit sequi, sciat Hadrianum constituisse, ut pueri usque ad decimum octavum, puellae usque ad quartumdecimum annum alantur; et hanc formam ab Hadriano datam observandam esse, Imperator noster rescripsit. Sed etsi generaliter pubertas non sic definitur (8), tamen pietatis intuitu in sola specie alimentorum hoc tempus aetatis esse observandum, non est incivile.

§ 2.—Sed si alimenta, quae vivus praestabat, reliquerit, ea demum praestabuntur, quae mortis tempore praestare solitus erat; quare si forte varie praestiterit, eius tamen temporis praestatio spectabitur, quod proximum mortis (9) eius fuit. Quid ergo, si, quum testaretur, minus praestabat, plus mortis tempore, vel contra? Adhuc (10) erit dicendum, eam praestationem sequendam, quae novissima fuit.

§ 3.—Quidam libertis suis, ut alimenta, ita aquam quoque per fideicommissum reliquerat; consulebar de fideicommissio, quum in ea regione Africae vel forte Aegypti res agi proponebatur, ubi aqua venalis est; dicebam igitur, esse emolumentum fideicommissi, sive quis habens cisternas id reliquerit, sive non, ut sit in fideicommissio, quanto quis aquam sibi esset comparaturus; nec videri inutile

codicilos prohibió que se le diese esta misma suma á Cayo Seyo, pero quiso que se le diese á Publio Mevio; pregunto, si les deberá Mevio el fideicomiso á los libertos. Respondi, que á no ser que Mevio probase que por el testador se le encargó otra cosa, sobre la cual no se deliberaba, se consideraba que aceptó conforme á la voluntad del testador las cargas que habían sido asignadas á esta suma, que se le transfería en los codicilos.

§ 1.—El Emperador Antonino Pio á los libertos de Sextia Basilia: «Aunque las palabras del testamento digan de este modo, que se os legaron los alimentos y el vestido mientras viviéreis con Claudio Iusto, interpreto, sin embargo, que la intención de la difunta fué esta, que quiso que también se os prestaran las mismas cosas después de la muerte de Iusto». Respondió, que esta escritura se interpreta de modo que subsista perpétuamente la necesidad de prestar los alimentos.

§ 2.—Asimismo, consultado sobre esta cláusula: «y quiero que siempre esten contigo», pregunto, habiendo los manumitidos por el heredero vivido largo tiempo con él, pero habiéndose separado de él por causa de su dura esclavitud, se les deberán los alimentos que él se niega á prestarles, á no ser que se sirva de ellos á la manera que de esclavos? Respondió, que, según lo que se exponía, se debían.

14. ULPIANO; Fideicomisos, libro II. —Dice Mela, que si á un joven ó á una joven se le dejaran alimentos, se le deben hasta la pubertad. Pero esto no es verdad, porque se deberán tanto tiempo cuanto quiso el testador, ó, si no aparece cual fuera su voluntad, se deberán durante todo el tiempo de la vida.

§ 1.—Ciertamente, si se dejaran los alimentos hasta la pubertad, si alguno quisiera seguir la manera de alimentos que hasta hace poco se daban á los niños y á las jóvenes, sepa que Adriano estableció, que los jóvenes fueran alimentados hasta los dieciocho años, y las jóvenes hasta los catorce; y nuestro Emperador resolvió por rescripto, que se debía observar esta disposición dada por Adriano. Pero aunque generalmente no se define así la pubertad, sin embargo, por consideraciones de piedad no es contra derecho que en este solo caso de los alimentos se haya de observar este tiempo de edad.

§ 2. Pero si uno hubiere dejado los alimentos, que en vida prestaba, se prestarán solamente los que había solido prestar al tiempo de la muerte; por lo cual, si acaso los hubiere prestado con diversidad, se atenderá, sin embargo, á la prestación de aquel tiempo, que fué próximo á su muerte. Luego, ¿qué se dirá, si prestaba menos al testar, y más al tiempo de la muerte, ó al contrario? Aun se habrá de decir, que se ha de atender á la prestación, que fué la última.

§ 3.—Uno había dejado á sus libertos, así como los alimentos, también el agua por fideicomiso; se me consultaba sobre el fideicomiso, porque se exponía que el caso pasaba en una región de Africa ó acaso en Egipto, donde el agua se vende; yo decía por lo tanto, que este era un emolumento del fideicomiso, ya si lo hubiere uno dejado teniendo cisternas, ya si no teniéndolas, de modo que se contenga en

(1) Taur. según la escritura original; respondit, corrección del código Fl., Br.

(2) Sextae, Hal.; Sextilliae, la Vulg.

(3) defuncti, Hal.

(4) Según corrección del código Fl., Br.; iis, Taur. según la escritura original.

(5) Modestinus, Hal. Vulg.

(6) Hal. Vulg.; debentur, el código Fl.

(7) suae, inserta Hal.

(8) El código Fl., Br.; definiatur, Taur.

(9) morti, Hal. Vulg.

(10) Ad hoc, Hal.

esse fideicommissum, quasi servitute praedii non possessori viciniae possessionis relicta. Nam et haustus aquae, ut pecoris ad aquam appulsus est servitus personae, tamen ei, qui vicinus non est, inutiliter relinquitur. In eadem causa erunt gestandi, vel in tuo uvae premendi, vel areae tuae ad frumenta ceteraque legumina exprimenda utendi; haec enim aqua personae relinquitur.

15. SCAEVOLA libro XVII. Digestorum.—A filio herede codicillis Seiae decem reliquit, et alumno his verbis: «Maevio infanti, alumno meo, quadringenta (1) dari volo, quae peto a te, Seia, suscipias, et usuras ei quincunces in annum usque (2) vicimum aetatis praestes, eumque suscipias, et tuearis»; quaesitum est, an Seia, postquam legatum suum acceperit, si nolit pecuniam alumno relictam suscipere, vel in suscipienda ea cessaverit, onus alimentorum ex die mortis testatoris compellenda sit agnoscere. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, compellendam praestare, quum (3) fideicommissum sit. Idem quaesivit, an heres quoque Seiae in annos viginti alimenta praestare debeat. Respondit, debere.

§ 1.—Testator concubinae mancipia rustica numero octo legavit, et his cibaria praestari iussit in haec verba: «iisque mancipiis, quae supra legavi, cibarii nomine ab heredibus meis praestari volo, quae me vivo accipiebant»; quaesitum est, quum vivo testatore semper mancipia rustica tempore messium et arearum delegata fuerint, et eo tempore cibaria ex ratione domini sui nunquam acceperint, excepto custode praedii, an heres eius quoque temporis, id est messis et arearum, et cibaria concubinae pro mancipiis rusticis praestare deberet. Respondit, eum, cuius notio est, aestimaturum. Claudius: merito, nam si eodem modo, quo apud testatorem fuerunt, et apud concubinam futura legavit, non debebuntur (4) eius temporis, de quo quaesitum est, cibaria, verum si velut in ministerium urbanum ab his transferentur, debebuntur.

§ 2.—Titia decedens testamento ita cavuit: «omnibus libertis libertabusque meis cibaria et vestiaria, quae viva praestabam, dari praestarique volo»; quaesitum est, quum tribus solis eo tempore, quo ea vixit, sicut rationibus continebatur, cibaria et vestiaria praestiterit, an heres eius a ceteris quoque libertis conveniri possit, an vero tribus tantum sit obnoxius, qui rationibus ipsius cibaria et vestiaria accepisse reperiuntur. Respondit, ab omnibus.

16. IDEM libro XVIII. Digestorum.—Alimenta et vestiaria libertis suis dedit; quaesitum est, an, quia nominatim a Moderato uno ex heredibus dari iussit testator, solus Moderatus debeat, non etiam

el fideicomiso todo aquello con lo que uno hubiese de comprar para sí el agua; y que no se consideraba que fuese inútil el fideicomiso, cual si se hubiere dejado la servidumbre de un predio al que no era poseedor de la posesión vecina. Porque aunque el sacar agua, como el llevar el ganado á abreviar, es servidumbre personal, sin embargo, se deja inútilmente al que no es vecino. En la misma condición estarán la de conducción, ó la de prensar la uva en lugar tuyo, ó la de utilizar tu era para trillar el trigo y las demás legumbres; porque esta agua se le deja á la persona.

15. SCÉVOLA; Digesto, libro XVII.—Uno dejó en codicilos diez á cargo de su hijo, heredero, para Seia y para un alumno, en estos términos: «quiero que se den al niño Mevio, mi alumno, cuatrocientos, de los que te pido, Seia, que te encargues, y que le des al año intereses del cinco por ciento hasta la edad de venticinco, y que de él te hagas cargo, y lo ampares»; se preguntó, si Seia, después que hubiere recibido su legado, no queriéndose encargar del dinero dejado para el alumno, ó habiendo dejado de estar encargada de él, habrá de ser compellida á soportar la carga de los alimentos desde el día de la muerte del testador. Respondió, que, según lo que se exponía, habrá de ser compellida á prestarlos, pues se mandó por fideicomiso. El mismo preguntó, si también el heredero de Seia debía prestar los alimentos hasta los veinte años. Respondió, que debía.

§ 1.—El testador legó á su concubina esclavos rústicos en número de ocho, y mandó que se les prestasen alimentos en estos términos: «y á estos esclavos, que arriba he legado, quiero que se les dé por mis herederos, á título de alimentos, lo que viviendo yo recibían»; se preguntó, si, habiéndose dado siempre en arrendamiento en vida del testador los esclavos rústicos en el tiempo de la siega y de la trilla, y no habiendo recibido nunca en este tiempo alimentos por cuenta de su señor, excepto el guarda del predio, debería prestarle el heredero á la concubina para los esclavos rústicos los alimentos también de este tiempo, esto es, del de la siega y de la trilla. Respondió, que lo habrá de estimar aquel á quien compete el conocimiento en este asunto. Y dice Claudio: y con razón, porque si los legó para que estuviesen en poder de la concubina del mismo modo que estuvieron en poder del testador, no se deberán los alimentos del tiempo de que se ha hablado, pero si se transfiriesen como para servicio urbano, se deberán.

§ 2.—Ticia, al fallecer, dispuso así en su testamento: «quiero que se les den y se presten á todos mis libertos y libertas los alimentos y el vestido, que en vida yo les prestaba»; se preguntó, si, habiéndoles prestado los alimentos y el vestido solamente á tres durante el tiempo que vivió, como consta en las cuentas, podrá ser demandado su heredero también por los demás libertos, ó estará obligado únicamente á los tres, que por las cuentas de la misma se ve que recibieron los alimentos y el vestido. Respondió, que por todos.

16. EL MISMO; Digesto, libro XVIII.—Uno dió á sus libertos los alimentos y el vestido; se preguntó, si, porque el testador mandó que determinada-mente se dieran por Moderato, uno de sus liber-

(1) quadraginta, la *Vuiq.*
(2) ad, inserta *Hal.*

(3) eul, *Hal.*
(4) *Hal. Vulq.*; debebantur, el *códice Fl.*

post mortem Moderati heredes eius. Respondit, et heredes teneri.

§ 1.—Libertis libertabusque, item quos quaque testamento codicillisve manumiserat, alimenta Commoda, quae viva praestabat, dari iusserat, item omnibus libertis libertabusque fundos; quaesitum est, an ad ea legata admitteretur liberti paterni libertus, cui scribere solebat ita: ἀπὸ Ρουφίνου ἡμετέρου ἀπελευθέρου [Rufina prognato liberto nostro], epistola etiam emissa ad ordinem civitatis, unde oriunda erat, petierat uti publice, quod medicus erat, salaria ei praestarentur manifestando literis suis, eum suum esse libertum. Respondit, eum, cuius notio est, aestimaturum, ut, si quidem viva ea et ei praestabat, nihilominus ad fideicommissum admitteretur, aliter vero non.

§ 2.—Basilicae (1) libertae decem dedit, quam apud Epictetum et Callistum libertos esse voluit, ut, quum fuerit Basilice annorum vigintiquinque, cum usuris quincuncibus restituerentur, ita ut ex usuris aleretur, prout aetatem ampliaverit; quaesitum est, an ex alio capite, quo generaliter libertis libertabusque cibaria et vestiaria et habitationem reliquit, etiam Basilicae (2) deberetur (3). Respondit, secundum ea, quae proponerentur, non deberi, nisi hoc quoque ei datum probaretur. Claudius: quia destinaverat alimentis eius usuras pecuniae, quas specialiter ei praelegaverat.

§ 3.—Qui societatem omnium bonorum suorum cum uxore sua per annos amplius quadraginta habuit, testamento eandem uxorem et nepotem ex filio aequis partibus heredes reliquit, et ita cavuit: «item libertis meis, quos vivos manumisi, ea, quae praestabam» (4); quaesitum est, an et qui eo tempore, quo societas inter eos permansit, manumissi ab utrisque, et communes liberti facti sunt, ea, quae a vivente percipiebant, solida (5) ex fideicommissis petere possint. Respondit, non amplius, quam quod vir pro sua parte praestabat, deberi.

17. IDEM libro XIX. Digestorum.—Servos ad custodiam templi reliquerat, et his ab herede legaverat his verbis: «peto, fideique tuae committo, ut des, praestes in memoriam meam pedisequis meis, quos ad curam templi reliqui, singulis menstrua cibaria, et annua vestiaria certa»; quaesitum est, quum templum nondum esset exstructum, ex die mortis, an vero ex eo tempore, quo templum explicitum fuerit, percipere servi debeant legatum. Respondit, officio iudicis heredem compellendum servis relicta praestare, donec templum exstrueretur.

18. IDEM libro XX. Digestorum.—Libertis, quos testamento manumiserat, alimentorum nomine menstruos decem legaverat, deinde codicillis generaliter omnibus libertis menstruos septem, et annuos vestiarii nomine denos legavit; quaesitum

tos, los deberá solo Moderado, y no también después de la muerte de Moderado sus herederos. Respondió, que también estaban obligados los herederos.

§ 1.—Commoda había mandado que se diesen a sus libertos y libertas, y también a los y a las que había manumitido en testamento ó en codicilos, los alimentos que en vida les prestaba, y además unos fundos a todos los libertos y libertas; se preguntó, si sería admitido a estos legados el liberto de un liberto del padre, a quien solía escribir así: «Rufina al liberto nuestro hijo»; habiendo enviado también una carta al ayuntamiento de la ciudad, de donde era oriunda, había pedido que de los fundos públicos, porque era médico, se le diesen salarios, manifestando en su carta que este era liberto suyo. Respondió, que aquel a quien compete el conocimiento decidirá, que, si verdaderamente ella en vida se los prestaba, sea no obstante admitido al fideicomiso, pero no de otro modo.

§ 2.—Uno le dió diez a la liberta Basilica, cuya suma quiso que quedase en poder de los libertos Epicteto y Calisto, para que se los restituyesen a Basilica con los intereses de cinco por ciento cuando fuere de veinticinco años, de suerte que se alimentase con los intereses, conforme creciese en edad; se preguntó, si en virtud de otro capítulo, en el que dejó en general a los libertos y libertas los alimentos y el vestido y la habitación, se le debería esto también a Basilica. Respondió, que, según lo que se exponía, no se le debía, a no ser que se probase que también se le dió esto. Y dice Claudio: porque había destinado para sus alimentos los intereses del dinero, que especialmente le había prelegado.

§ 3.—Uno que por más de cuarenta años tuvo con su mujer sociedad de todos sus propios bienes, dejó en su testamento herederos de partes iguales a la misma mujer y a un nieto habido de un hijo, y dispuso así: «y además a mis libertos, que en vida manumití, lo que yo les daba»; se preguntó, si también los que durante el tiempo que entre ellos subsistió la sociedad fueron manumitidos por ambos, y se hicieron libertos comunes, podrán pedir en virtud del fideicomiso integras las cosas que percibían viviendo aquel. Respondió, que no se debía más de lo que el marido daba por su parte.

17. EL MISMO; Digesto, libro XIX.—Uno había dejado esclavos para custodia de un templo, y les había hecho un legado a cargo del heredero en estos términos: «pido, y encomiendo a tu fidelidad, que des y prestes en memoria mía a cada uno de mis pajes, que dejé para cuidado del templo, alimentos mensuales y ciertos vestidos al año»; se preguntó, si, no estando todavía construido el templo, deberán percibir los esclavos el legado desde el día de la muerte, ó desde el tiempo en que se hubiere concluido el templo. Respondió, que el heredero había de ser compelido por ministerio del juez a darles a los esclavos lo que se les dejó, hasta que se edifique el templo.

18. EL MISMO; Digesto, libro XX.—A los libertos que había manumitido en el testamento, uno les había legado diez al mes a título de alimentos, y después en codicilos legó en general a todos los libertos siete al mes, y diez al año por razón del

(1) Hal. Vulg.; Basilice, et codice Fl.

(2) Hal. Vulg.; Basilice, et codice Fl.

(3) deberentur, Hal. Vulg.

(4) dari volo, añaden Hal. Vulg.

(5) solita, Hal.

est, an et ex testamento, et ex codicillis libertis fideicommissum heredes praestare debeant. Respondit, nihil proponi, cur non ea, quae codicillis data proponerentur, praestari deberent; nam ab his, quae testamento cibariorum nomine legata essent, recessum est propter ea, quae codicillis relicta sunt.

§ 1.—Manumissis testamento cibaria annua, si cum matre morabuntur, per fideicommissum dedit; mater filio triennio supervixit, neque cibaria neque vestiaria iis praestitit, quum in petitione fideicommissi liberti cessarent, sed et filia, posteaquam matri heres extitit, quoad vixit, annis quatuordecim interpellata de iisdem (1) solvendis non est; quaesitum est, an post mortem filiae a novissimo herede petere possint, et tam praeteriti temporis, quam futuri, id, quod cibariorum nomine et vestiarii relictum est. Respondit, si conditio extitisset, nihil proponi, cur non possent.

§ 2.—Ab heredibus Stichum manumitti voluit, eique, si cum Seio moraretur, cibaria et vestiaria praestari a Seio; deinde haec verba adiecit: (2) «te autem, Sei, peto, ut, quum ad annum vicesimumquintum perveneris, militiam ei compares, si tamen te ante non reliqueris»; quaesitum est, Stichum statim libertatem consecuto, prius autem defuncto Seio, quam ad annum vicesimumquintum perveniret, an ab his, ad quos bona Seii pervenerunt, militia Stichum comparari debeat (3), et si placet debere, utrum statim militia comparanda sit; an eo tempore, quo Seius annum vicesimumquintum expleturus fuisset, si supervixisset. Respondit, quum placeat comparandam, non ante debere, quam id tempus cessisset.

§ 3.—Postumis heredibus institutis, et patre et matre, et substitutione facta, actores manumisit, et peculia iis legavit, et annua, et certis libertis suis legata, et aliis exteris plura; deinde post testamentum factum nata filia codicillis ita cavuit: «si quid testamento, quod ante hoc tempus feci, legavi tui, dari (4) volui, peto ab his, uti tertiam partem Petinae (5), filiae meae, reddant», secundis autem tabulis facta pupillari substitutione impuberibus libertis, quibus a parentibus libertates dedit, eo amplius alterum tantum, quantum (6) in numo, praeter cibaria et vestiaria, dari voluit; quaesitum est, quum supervixisset filia testamento aperto et codicillis, postea autem decesserit, et fideicommissum datum ei de restituenda parte tertia ad heredes suos transmiserat, an etiam cibariorum et vestiariorum tertiae partes ei per fideicommissum datae esse videantur. Respondit, non videri.

§ 4.—Idem quaesivit, an eorum, quae codicillis per fideicommissum relicta sunt, tertiae partes ad filiam, pertinere deberent. Respondit, non debere. Idem quaesivit, an alterum tantum a substitutione (7) legatum, deducta tertia parte quantitatis

vestido; se preguntó, si los herederos deberán pagar á los libertos el fideicomiso en virtud tanto del testamento como de los codicilos. Respondió, que nada se exponía para que no se deban dar las cosas, que se dice fueron dadas en los codicilos; porque hubo apartamiento, de las cosas que en el testamento se legaron á título de alimentos, por razón de las que se dejaron en los codicilos.

§ 1.—Uno dió por fideicomiso alimentos anuales á los manumitidos en su testamento, si habitasen con la madre; la madre sobrevivió tres años á su hijo, y no les dió ni los alimentos ni el vestido, porque los libertos dejaron de pedir el fideicomiso, y tampoco la hija, luego que quedó siendo heredera de la madre, fué demandada, mientras vivió, durante catorce años para el pago de las mismas cosas; se preguntó, si después de la muerte de la hija podrán pedir al último heredero, tanto por el tiempo pasado, como por el futuro, lo que se dejó á título de alimentos y de vestido. Respondió, que, si se hubiese cumplido la condición, nada se exponía para que no pudiesen.

§ 2.—Quiso uno que Stico fuese manumitido por los herederos, y que, si habitase con Seyo, se le prestasen por Seyo los alimentos y el vestido; después añadió estas palabras: «pero te pido, Seyo, que cuando llegues á los veinticinco años le compres un cargo en la milicia, mas esto, si antes no te hubiere dejado»; se preguntó, si, habiendo conseguido inmediatamente la libertad Stico, pero habiendo fallecido Seyo antes que llegase á los veinticinco años, se deberá comprar para Stico el cargo en la milicia por aquellos á quienes fueron los bienes de Seyo, y, si se determina que se debe, si se habrá de comprar inmediatamente el cargo en la milicia, ó al tiempo en que Seyo habría cumplido los veinticinco años, si hubiese sobrevivido. Respondió, que, determinandose que se ha de comprar, no se debía antes que hubiese comenzado á correr este tiempo.

§ 3.—Instituidos herederos unos póstumos, y el padre y la madre, y hecha la substitución, uno manumitió á los administradores, y les legó los peculios y pensiones anuales, y legados á ciertos libertos suyos, y varias cosas á otros extraños; luego, habiendo nacido una hija después de hecho el testamento, dispuso así en codicilos: «si en el testamento, que hice antes de ahora, legué y quise que se diera alguna cosa á alguien, les pido que restituyan la tercera parte á Petina, mi hija»; pero en las segundas tablas, habiendo hecho la substitución pupilar, quiso que á los libertos impúberos, á quienes á cargo de los ascendientes les dió la libertad, se les diese además de esto otro tanto de lo que en dinero, además de los alimentos y del vestido; se preguntó, si, habiendo sobrevivido la hija á la apertura del testamento y de los codicilos, pero habiendo fallecido después y habiendo transmitido á sus herederos el fideicomiso, que se le dió para restituir la tercera parte, se considerará que se le dieron por el fideicomiso también las terceras partes de los alimentos y del vestido. Respondió, que no se consideraba.

§ 4.—El mismo preguntó, si deberían pertenecerle á la hija las terceras partes de las cosas que en los codicilos se dejaron por fideicomiso. Respondió, que no se debían. El mismo preguntó, si el otro tanto legado por la substitución se deberá

(1) *idem, Taur. según la escritura original; hisdem, corrección del código Fl., Br.*

(2) *a, insertan Hal. Vulg.*

(3) *Hal.; debet, et código Fl.*

(4) *legavi, cui dare volui, Hal.*

(5) *pecuniae, Hal.*

(6) *Taur. según la escritura original; in singulis, inserta la corrección del código Fl., Br.*

(7) *substituto, Hal.*

legatorum testamento datorum, computari debeat, ut duae partes quantitatis debeantur praeter (1) codicillos, quibus tertiam partem codicillis (2) legatorum ad filiam suam pertinere voluit. Respondit, integrum ex tabulis substitutionis deberi.

§ 5.—Cibaria et vestiaria per fideicommissum dederat, et ita adiecerat: «quos libertos meos, ubi corpus meum positum fuerit, ibi eos morari iubeo, ut per absentiam filiarum mearum ad sarcophagum meum memoriam meam quotannis celebrent»; quaesitum est, uni ex libertis, qui a die mortis neque ad heredes accesserit, neque ad sepulcrum morari voluerit, an alimenta praestanda sint. Respondit, non praestanda.

19. IDEM libro XXII. *Digestorum*.—Testamento ita cautum fuit: «libertis meis cibaria, quaeque alia praestabam, ab heredibus meis praestari volo»; unus ex libertis ex voluntate patroni, negotii sui gratia, quadriennio ante diem mortis abfuit; ex hac causa cibaria, quae ante acceperat, mortis tempore non accepit; cui tamen liberto eodem testamento patronus, sicut et aliis, quos vivus manumiserat, legatum quinque dederat; quaesitum est, an isti quoque cibaria, et reliqua, quae ceteris libertis legata sunt, debeantur. Respondit: cur non?

20. IDEM libro III. *Responsorum*.—«Stichus, nutricis meae nepos, liber esto, cui decem aureos annuos dari volo»; qui deinde interpositis nominibus eidem Stichio contubernalem eius et liberos legavit, iisque (3), quae vivus praestabat, deinde alio capite libertis omnibus, quae vivus praestabat, dari iussit; quaero, an Stichus praeter suum legatum et alimenta percipere possit. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, non posse.

§ 1.—Item quum alimenta libertis utriusque sexus reliquerit a Republica, et ex praediis, quae ei legavit, dari voluisset, quaero, Stichum, (4) contubernalem et liberis (5) utrum ab herede instituto, an a Republica diaria et vestiaria, quae vivus dabat, praestari deberent. Respondit, posse benigna voluntatis interpretatione dici, iis quoque a Republica praestanda.

§ 2.—Titia usumfructum fundi legavit Maevio, eiusque fidei commisit, ut ex reitu fundi (6) praestaret Pamphilae et Stichum annuos centenos nummos, quoad vivunt; quaero, an mortuo Maevio heres alimenta debeat. Respondit, nihil proponi, cur debeat praestari ab herede Titiae; sed nec ab herede legatarii, nisi id testator (7) manifeste probetur voluisse etiam finito usufructu praestari, si modo id, quod ex usufructu receptum esset, ei rei praestandae sufficeret.

§ 3.—Mater filio herede instituto per fideicommissum libertatem Pamphilo servo dedit, eidem

computar deducida la tercera parte de la cantidad de los legados dados en el testamento, de suerte que se deban dos partes de la cantidad independientemente de los codicilos, en cuyos codicilos quiso que le perteneciera a su hija la tercera parte de los legados. Respondió, que se debía la totalidad en virtud de las tablas de la substitución.

§ 5.—Uno había dado por fideicomiso los alimentos y el vestido, y había añadido así: «cuyos libertos míos mando que habiten allí donde fuere enterrado mi cuerpo, para que en ausencia de mis hijas celebren todos los años mi memoria junto a mi sarcófago»; se preguntó, si se habrán de prestar los alimentos a cada uno de los libertos que desde el día de la muerte ni se hubiere acercado a los herederos, ni hubiere querido habitar cerca del sepulcro. Respondió, que no se le han de prestar.

19. EL MISMO; *Digesto, libro XXII*.—Se dispuso así en un testamento: «quiero que por mis herederos se presten a mis libertos los alimentos y las otras cosas que yo les daba»; uno de los libertos estuvo ausente con consentimiento del patrono, por causa de negocio propio, cuatro años antes del día de la muerte; por esta causa no recibió al tiempo de la muerte los alimentos que antes había recibido; pero a este liberto le había dado el patrono en el mismo testamento un legado de cinco, como también a otros a quienes en vida había manumitido; se preguntó, si también a este se le deberán los alimentos y las demás cosas que se legaron a los otros libertos. Respondió: ¿por qué no?

20. EL MISMO; *Respuestas, libro III*.—«Sea libre Stico, nieto de mi nodriza, a quien quiero que se le den diez aureos anuales»; el testador, habiendo interpuesto después algunos créditos, legó al mismo Stico la compañera de éste y los hijos, y a estos lo que en vida les daba, y luego en otro capítulo mandó que se les diera a todos los libertos lo que en vida les daba; pregunto, si podrá percibir Stico además de su legado también los alimentos. Respondió, que, según lo que se exponía, no podía.

§ 1.—Asimismo, habiendo dejado a los libertos de ambos sexos los alimentos a cargo de la República, y habiendo querido que se les dieran de los predios, que legó a esta, pregunto, si a la compañera y a los hijos de Stico se les deberán dar por el heredero instituido, ó por la República, las raciones diarias y el vestido que en vida les daba. Respondió, que por benigna interpretación de la voluntad se debía decir, que también a ellos se les debía dar por la República.

§ 2.—Ticia legó a Mevio el usufruto de un fundo, y encomendó a su fidelidad que de la renta del fundo les diese a Pánfila y a Stico cien monedas anuales, mientras vivan; pregunto, si muerto Mevio deberá el heredero los alimentos. Respondió, que nada se expone para que deban ser prestados por el heredero de Ticia; pero ni aun por el heredero del legatario, a no ser que evidentemente se pruebe que el testador quiso que se diera esto también habiendo terminado el usufruto, si es que bastase para la prestación de esta cosa lo que por el usufruto se hubiese percibido.

§ 3.—Una madre, habiendo instituido heredero a su hijo, dió por fideicomiso la libertad al esclavo

(1) propter, *Hal.*
 (2) codicillis, *omitela Hal.*
 (3) Según enmienda *Br.*; isque, *Taur. según el código Fl.*

(4) Stichus, *Hal.*
 (5) libertis, *Hal.*
 (6) legati, *inserta Hal.*
 (7) testatrix, *Hal. Vulg.*

cibariorum nomine legavit quinos aureos, et vestiarii in singulos annos quinquagenos, si cum filio eius moretur; quaero, filio defuncto, an alimenta debentur? Respondit, si conditioni paruisset, debere et post mortem.

21. ULPIANUS libro II. Fideicommissorum.—Diariis vel cibariis (1) relictis, neque habitationem, neque vestiarium, neque calcearium (2) debere, palam est, quoniam de cibo tantum testator sensit.

22. (3) VALENS libro I. Fideicommissorum.—Quum alimenta per fideicommissum relicta sunt non adiecta quantitate, ante omnia inspiciendum est, quae defunctus solitus fuerat ei praestare, deinde quid ceteris eiusdem ordinis reliquerit; si neutrum apparuerit, tum ex facultatibus defuncti et caritate eius, cum fideicommissum datum erit, modus statui debet.

§ 1.—Qui fratris sui libertis alimenta debebat, is testamento vineas cum hac adiectione reliquerat: «ut habeant, unde se pascant». Si pro alimentis vineas reliquisset, non aliter iis ex fideicommissi causa eas praestari debere, quam si testamenti obligatione heredes liberassent, aut, si id omisum fuisset, et postea ex testamento agerent, doli mali exceptione tutum heredem futurum, scilicet si non minus valent vineae, quam alimentorum aestimatio; illam autem adiectionem: «ut habeant, unde se pascant», magis ad causam praelegandi, quam ad usumfructum constituendum pertinere.

23. PAULUS libro IV. ad Neratium (4).—Rogatus es, ut quendam educes; ad victum necessaria ei praestare cogendus es. Paulus: cur plenius est alimentorum legatum, ubi dictum est, et vestiarium, et habitationem contineri? Imo ambo exaequanda sunt.

TIT. II

DE AURO, ARGENTO, MUNDO, ORNAMENTIS,
UNGUENTIS, VESTE VEL
VESTIMENTIS, ET STATUIS LEGATIS

1. POMPONIUS libro VI. ad Sabinum.—Si alii vestimenta, alii vestis muliebris separatim legata sit, detractis muliebribus, et ei adsignatis, cui specialiter legata sunt, reliquum alteri debetur. Idem est, quum alteri mundus muliebris, alteri argentum omne legatum esset, de argento, quod in mundo esset. Item si duae statuariae marmoreae tibi, et deinde omne marmor legatum esset, praeter duas nulla statua marmorea legata est tibi. Idem urbanis servis tibi legatis, si mihi dispensator legatus sit.

§ 1.—Cui certum pondus argenti dare heres

(1) vel cibariis, omitelas Hal.
(2) Hal.; calcearium, el códice Fl.

Pánfilo, y le legó al mismo cinco áureos á título de alimentos, y cincuenta cada año para el vestido, si habitase con su hijo; pregunto, fallecido el hijo, ¿se deberán los alimentos? Respondió, que, si hubiese cumplido la condición, se le debían también después de la muerte.

21. ULPIANO; Fideicomisos, libro II.—Habiéndose dejado el diario ó los alimentos, es evidente que no se debe ni la habitación, ni el vestido, ni el calzado, porque el testador se refirió solamente á la comida.

22. VALENTE; Fideicomisos, libro I.—Cuando por fideicomiso se dejaron los alimentos no habiéndose añadido la cantidad, se ha de ver ante todo qué había solido darle el difunto, y después qué le haya dejado á los demás de la misma clase; y si no apareciere ni una, ni otra cosa, entonces se deberá establecer la cuantía con arreglo á las facultades del difunto, y á su cariño á aquel á quien se le hubiere dado el fideicomiso.

§ 1.—Uno, que debía los alimentos á los libertos de su hermano, había dejado en su testamento unas viñas con esta adición: «para que tengan con que alimentarse». Si hubiese dejado las viñas por los alimentos, no se las deberá dar por causa del fideicomiso de otro modo, sino si hubiesen librado de la obligación del testamento á los herederos, ó, si se hubiese omitido esto, y después ejercitaran la acción del testamento, el heredero estará seguro con la excepción de dolo malo, por supuesto, si las viñas no valiesen menos que la estimación de los alimentos; pero aquella adición: «para que tengan con que alimentarse», corresponde más bien á la causa de prelegar, que no á la constitución del usufruto.

23. PAULO; Comentarios á Neracio, libro IV.—Se te rogó, que educaras á uno; has de ser obligado á darle lo necesario para el sustento. Y dice Paulo: ¿porqué es más pleno el legado de los alimentos, donde se ha dicho que se comprende así el vestido, como la habitación? Antes bien, se han de igualar ambos.

TÍTULO II

DE LOS LEGADOS DEL ORO, DE LA PLATA, DE
LOS OBJETOS DE TOCADOR, DE LOS
ADORNOS, DE LOS UNGÜENTOS, DEL VESTIDO Ó
DEL VESTUARIO, Y DE LAS ESTÁTUAS

1. POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro VI.—Si separadamente se le hubiera legado á uno el vestuario, y á otro los vestidos de mujer, separados los de la mujer, y asignados á aquel á quien especialmente se le legaron, se le debe al otro lo demás. Lo mismo es, si á uno se le hubiesen legado los objetos de tocador de mujer, y á otro toda la plata, respecto á la plata que en los objetos de tocador hubiese. Igualmente, si se le hubiesen legado dos estatuas de mármol, y después hubiese sido legado todo el mármol, no se te legó ninguna otra estatua de mármol además de las dos. Lo mismo, habiéndose legado los esclavos urbanos, si á mí me hubiera sido legado el administrador.

§ 1.—El heredero á quien se le mandó que diera

(3) ABURNIUS, antepone Hal.
(4) Labeo libro πειρασιών, Hal.

iussus sit, ei pecuniam numeratam dando iure ipse (1) liberatur, si in ea pecunia eadem aestimatio fuerit; quod ita verum est, si non certum genus argenti legatum sit.

2. AFRICANUS libro II. *Quaestionum*.—Qui tibi mandaverat, ut ornamenta in usum uxoris suae emeris, eidem uxori, uti adsolet, legavit, quae eius causa parata erunt, tu deinde post mortem mandatoris, ignorans eum decessisse, emisti; non debentur mulieri, quoniam ea verba ad mortis tempus referuntur. At si vivente testatore, muliere autem mortua emeris, non ineleganter dicitur, inefficax hoc legatum esse, quando non possit vere dici, eius causa paratum videri, quae prius decessit. Eadem dicenda erunt, et si vivat quidem mulier, sed diverterit, et quaeratur, an post emta ei debeantur, quasi non videantur uxoris causa parata.

3. CELSUS libro XIX. *Digestorum*.—Uxori legavit, quae eius causa parata sunt, et ante mortem divortii; non deberi, quia adempta videantur, Proculus ait; nimirum facti quaestio est, nam potest nec repudiatae adimere voluisse.

4. PAULUS libro LIV. *ad Edictum*.—Quum quidam libertum suum in Asiam misisset ad purpuras emendas, et testamentum uxori suae lanam purpuream legasset, pertinere ad eam, si quam purpuram vivo eo libertus emisisset, Servius respondit.

5. AFRICANUS libro II. *Quaestionum*.—Apud Fufidium (2) *Quaestionum* libro secundo ita scriptum est: si mulier mandaverit tibi, ut sibi uniones usus sui causa emeris, si tu post mortem eius, quum putares eam vivere, emeris, Atilicinus negat, esse legatos ei, cui mulier ita legaverit: «ornamenta, quae mea causa parata sunt eruntve»; non enim eius causa videri parata esse, quae iam mortua ea emta fuerint.

6. MARCELLUS libro *singulari Responsorum*.—Seia ab herede Publio Maevio ita legavit: «Antoniae Tertyllae do lego auri pondo tot, et unionem cum hyacinthis»; postea unionem solvit, neque ullum mortis tempore inter ornamenta sua unionem reliquit; quaero, an heres ex causa fideicommissi aestimationem rei, quae in hereditate non est, praestare debeat. Marcellus respondit, non debere.

§ 1.—Item quaero, si probari possit, Seiam uniones et hyacinthos quosdam in aliam speciem ornamentum, quod postea pretiosius fecit additis aliis gemmis et margaritis, convertisse, an hos uniones vel hyacinthos petere possit, et heres compellatur ornamento posteriori eximere, et praestare. Marcellus respondit, petere non posse; nam (3) quid fieri potest, ut legatum vel fideicommissum durare

á una cierta cantidad de plata, dándole á éste dinero contante, queda libre de derecho, si en este dinero hubiere el mismo importe; lo que es verdad de este modo, si no se hubiera legado cierto género de plata.

2. AFRICANO; *Cuestiones, libro II*.—Uno, que te había encomendado que comprases adornos para uso de su mujer, le legó á la misma mujer, como es costumbre, las cosas que por causa de ella hubieren sido preparadas, y tú luego, después de la muerte del mandante, ignorando que éste había fallecido, las compraste; no se le deberán á la mujer, porque estas palabras se refieren al tiempo de la muerte. Mas si las hubieres comprado viviendo el testador, pero habiendo fallecido la mujer, no sin discreción se dirá que este legado es ineficaz, porque no se puede en verdad decir que se preparó algo por causa de la que ya antes había fallecido. Lo mismo se habrá de decir, también si ciertamente viviera la mujer, pero se hubiere divorciado, y se preguntase si se le deberán las cosas compradas después; como si no se considerase que fueron preparadas por causa de la mujer.

3. CELSO; *Digesto, libro XIX*.—Uno legó á su mujer lo que se preparó por causa de ésta, y se divorció antes de morir; dice Próculo, que no se debe, porque se considera revocado; en realidad la cuestión es de hecho, porque puede no haber querido revocárselo á la repudiada.

4. PAULO; *Comentarios al Edicto, libro LIV*.—Habiendo mandado uno á su liberto al Asia para que comprase púrpuras, y habiéndole legado en el testamento á su mujer la lana de color de púrpura, respondió Servio, que, si en vida de él hubiese comprado el liberto alguna púrpura, le pertenecía á ella.

5. AFRICANO; *Cuestiones, libro II*.—Se halla así escrito en Fufidio en el libro segundo de las Cuestiones: si una mujer te hubiere encomendado que le comprases perlas para su uso, si las hubieres comprado después de su fallecimiento, creyendo que vivía, dice Atilicino, que no le fueron legadas á quien se las hubiere legado así: «los adornos que fueron ó fueren preparados por mi causa»; porque no se considera que fueron preparados por causa de ella las cosas que ya muerta ella hubieren sido compradas.

6. MARCELO; *Respuestas, libro único*.—Seya legó así á cargo de su heredero Publio Maevio: «doy y lego á Antonia Tertila tantas libras de oro, y una perla con jacintos»; después dió la perla, y al tiempo de su muerte no dejó entre sus adornos ninguna perla; pregunto, si por causa del fideicomiso deberá entregar el heredero la estimación de cosa, que no se halla en la herencia. Marcelo respondió, que no debía.

§ 1.—También pregunto, si, pudiéndose probar que Seya convirtió las perlas y algunos jacintos en otra especie de adorno, que después hizo de más precio habiéndole añadido otras piedras y margaritas, podrá pedir estas perlas ó jacintos, y será obligado el heredero á quitarlos del adorno posterior, y á darlos. Marcelo respondió, que no podía pedirlos; porque ¿qué se puede hacer para que se

(1) ipso, al márgen interior del códice Fl.

(2) Según nuestra enmienda; Phuphidium, el códice Fl.; Pamphilum, Hal.; Pamphilum, la Vulg.

(3) neque enim fieri posse, Hal.

existimetur, quum id, quod testamento dabatur, in sua specie non permanserit, — nam (1) quodammodo extinctum sit, ut interim omittam (2), quod etiam dissolutione ac permutatione tali voluntas quoque videatur mutata —?

§ 2.—[7.] (3) Lucius Titius testamento ita scripsit: «heredem meum volo, fideique eius committo, ut in patriam meam (4) faciat porticum publicam, in qua poni volo imagines argenteas, item marmoreas»; quaero, an legatum valeat. Marcellus respondit, valere, et operis ceterorumque, quae ibi testator poni voluerit, legatum ad patriam pertinere; intelligi enim potuit, aliquid civitati accedere ornamentum.

7. [8.] PAULUS libro VIII. ad Plautium.—Si ita esset legatum: «vestem meam, argentum meum damnas esto dare», id legatum videtur, quod testamenti tempore fuisset, quia praesens tempus semper intelligeretur, si aliud comprehensum non esset; nam quum dicit: «vestem meam, argentum meum», hac demonstratione «meum» praesens, non futurum tempus ostendit. Idem est, et si quis ita legaverit: «servos meos».

8. [9.] IDEM libro IX. (5) ad Plautium.—Plautius: mulier (6) ita legavit: «quisquis mihi heres erit, Titiae vestem meam (7), mundum, ornamentaque muliebria damnas esto dare»; Cassius ait, si non apparet, quid sensisset, omnem vestem secundum verba testamenti legatum videri. Paulus: idem Iavolenus scribit, quia verisimile est, inquit, testatricem tantum ornamentorum universitati derogasse, quibus significationem muliebrium accomodasset; accedere eo, quod illa demonstratio: «muliebria», neque vesti, neque mundo applicari salva ratione recti sermonis potest.

9. [10.] MODESTINUS libro IX. Regularum.—Quum certum auri vel argenti pondus legatum est, si non species designata sit, non materia, sed pretium praesentis temporis praestari debet.

10. [11.] POMPONIUS libro V. ad Quintum Mucium.—Quintus Mucius ait: si paterfamilias uxori vas, aut vestimentum, aut quippiam aliud ita legavit: «quod eius causa emtum paratumve esset», id videtur legasse, quod magis illius, quam communis usus causa paratum esset. Pomponius: sed hoc verum est, non solum si ipsius viri et uxoris communis usus, sed etiam si liberorum eius, aut alterius alicuius communis usus fuerit; id enim videtur demonstrasse, quod proprio usui uxoris comparatum sit. Sed quod Quintus Mucius demonstrat, vas, aut vestimentum, aut quid aliud, efficit, ut falsa sint, quae subiecimur; multum enim interest, generaliter, an specialiter legentur haec; nam si generaliter, veluti ita: «quae uxoris causa comparata sunt», vera est illius definitio; si vero ita scriptum fuerit: «vestem illam purpuream» (8), ut certa demonstraret, licet adiectum sit: «quae eius

estime que subsiste el legado ó el fideicomiso, no habiendo permanecido en su estado lo que se daba en el testamento,—pues en cierto modo se extinguió, ya que ahora omite, que además se considera también cambiada la voluntad con tales disolución y permuta —?

§ 2.—[7.] Lucio Ticio escribió así en su testamento: «quiero que mi heredero, y á su fidelidad lo encomiendo, haga en mi patria un pórtico público, en el que quiero que se pongan estatuas de plata, y también de mármol»; pregunto, si será válido el legado. Marcelo respondió, que era válido, y que pertenece á la patria el legado con las obras y las demás cosas que el testador hubiere querido que se pusieran allí; porque se pudo entender que se añade á la ciudad algún ornato.

7. [8.] PAULO; Comentarios á Plautio, libro VIII.—Si así se hubiese hecho un legado: «esté condenado á dar mi vestido, y mi plata», se considera legado lo que hubiese habido al tiempo del testamento, porque se entendería siempre el tiempo presente, si no se hubiese expresado otro; porque cuando dice: «mi vestido, y mi plata», con esta indicación «mi» demuestra el tiempo presente, no el futuro. Lo mismo es, también si uno hubiere legado de este modo: «mis esclavos».

8. [9.] EL MISMO; Comentarios á Plautio, libro IX.—Dice Plautio: una mujer legó así: «cualquiera que fuere mi heredero, esté condenado á dar á Ticia mi vestido, los objetos de tocador, y los adornos de mujer»; dice Cassio, que, si no apareciera qué hubiese querido decir, se consideraban legados, según las palabras del testamento, todos los vestidos. Y añade Paulo: lo mismo escribe Javoleno, porque es verosímil, dice, que la testadora solamente puso limitación á la totalidad de los adornos, á los que aplicó la denominación de mujer; y que á esto se añade, que aquella indicación, «de mujer», no se puede aplicar, quedando á salvo la corrección del lenguaje, ni al vestido, ni á los objetos de tocador.

9. [10.] MODESTINO; Reglas, libro IX.—Cuando se legó cierto peso de oro ó de plata, si no se hubiera designado la especie, no se debe entregar la materia, sino el precio del tiempo presente.

10. [11.] POMPONIO; Comentarios á Quinto Mucio, libro V.—Dice Quinto Mucio: si el padre de familia legó á su mujer un vaso, ó un vestido, ú otra cualquier cosa de este modo: «lo que por causa de ella se hubiese comprado ó preparado», se considera que legó lo que se hubiese preparado más bien por causa de ella que por causa de uso común. Y dice Pomponio: pero esto es verdad, no solamente si el uso hubiere sido común del mismo marido y de la mujer, sino también si hubiere sido común de sus hijos, ó de otra cualquier persona; porque se considera que designó lo que se hubiera comprado para uso propio de la mujer. Pero lo que Quinto Mucio indica, un vaso, ó un vestido, ú otra cualquier cosa, hace que sea falso lo que hemos dicho; porque hay mucha diferencia entre que estas cosas sean legadas general, ó especialmente; porque si generalmente, como así: «las cosas que

(1) et, por nam, Hal.

(2) omittat, Hal.

(3) Según Hal. Vulg.

(4) La Vulg.; in patria mea, la Vulg.

(5) V., Hal.

(6) Plautius mulieri, la Vulg.

(7) meam, omitela Hal.

(8) Hal.; purpuram, el código Fl.

causa emta paratave essent», licet neque emta, neque parata, neque in usum ei data sint, legatum omnimodo valet, quia certo corpore legato demonstratio falsa posita non perimit legatum, veluti si ita sit scriptum: «Stichum, quem ex venditione Titii emi»; nam si neque emit, aut ex alia venditione emit, legatum nihilominus valet. Plane si ita legatum fuerit: «vasa» (1), aut «vestimenta», aut «quae uxoris causa parata sunt», tunc aequae erit vera Quinti Mucii sententia; quo casu sciendum est, etiamsi alienae res hae fuerint, quas putavit testator suas esse, heredem teneri, ut eas det.

11. [12.] PROCLUS libro V. *Epistolarum*.—Si quis legaverit aurum, gemmas, margaritas, quae in eo auro essent, etiam id aurum, cui neque gemmae, neque margaritae inessent, legasse videtur.

12. [13.] PAPINIANUS libro XVII. *Quaestionum*.—Si imaginem legatam heres derasit, et tabulam solvit, potest dici, actionem ex testamento durare, quia legatum imaginis, non tabulae fuit.

13. [14.] SCAEVOLA libro XV. *Digestorum*.—Uxori quis legavit his verbis: «mundum muliebrem omnem, ornamenta (2), et quidquid vivus dedi, donavi, eius causa comparavi, confeci, id omne dari volo»; quaesitum est, an carruca dormitoria cum mulis, quum semper uxor usa sit, ei debeatur. Respondit, si eius usus causa habita esset, deberi. Idem quaesitum, an ex eadem clausula vestis, quam ancillis vel lecticariis eiusdem uxoris suae comparaverat vel fecerat, praestanda esset. Respondit, praestandam.

14. [15.] POMPONIUS libro V. *ad Sabinum*.—Si statuam legavero, et postea ex alia statua brachium ei adiecero, omnimodo statua a legatario vindicari potest.

15. [16.] SCAEVOLA libro XV. *Digestorum*.—Species auri et argenti Seiae legavit, et ab ea petit (3) in haec verba: «a te, Seia, peto, ut, quidquid tibi specialiter in auro, argento legavi, id, quum morieris, reddas, restituas illi et illi vernis meis; quarum rerum ususfructus, dum vives, tibi sufficiet»; quaesitum est, an ususfructus auri et argenti solus legatariae debeatur. Respondit, verbis, quae proponerentur, proprietatem legatam addito onere fideicommissi.

16. [17.] IDEM libro XVIII. *Digestorum*.—Filiam in potestate patris manentem mater scripsit heredem, eique patrem Maevium substituit, et ita scripsit: «quisquis mihi heres erit, fidei eius com-

se compraron por causa de la mujer», es verdadera la definición de aquel; pero si se hubiere escrito así: «aquel vestido de púrpura», para designar cosas ciertas, aunque se haya añadido: «que hubiesen sido compradas ó preparadas por causa de ella», es de todos modos válido el legado, aun cuando las cosas no hayan sido ni compradas, ni preparadas, ni dadas para uso de ella, porque, legada una cosa cierta, la falsa indicación consignada no extingue el legado, como si se hubiese escrito así: «a Stico, á quien compré por venta de Ticio»; porque si no lo compró, ó si lo compró en virtud de otra venta, es, sin embargo, válido el legado. Pero si se hubiere legado así: «los vasos», ó «los vestidos», ó «las cosas que se prepararon por causa de la mujer», entonces será igualmente verdadera la opinión de Quinto Mucio; en cuyo caso se ha de saber, que aunque hubieren sido ajenas estas cosas, que el testador creyó suyas, el heredero está obligado á darlas.

11. [12.] PRÓCULO; *Epistolas, libro V*.—Si alguno hubiere legado el oro, las piedras preciosas, y las margaritas, que hubiese en aquel oro, se considera que legó también el oro en que no hubiese piedras preciosas, ni margaritas.

12. [13.] PAPINIANO; *Cuestiones, libro XVII*.—Si el heredero raspó un retrato legado, y dió la tabla, se puede decir que subsiste la acción de testamento, porque el legado fué del retrato, y no de la tabla.

13. [14.] SCÉVOLA; *Digesto, libro XV*.—Uno le legó á su mujer en estos términos: «todos los objetos de tocador de mujer, los adornos, y lo que en vida le di y le doné, compré por causa de ella, é hice, todo esto quiero que se le dé»; se preguntó, si se le deberá la carroza de dormir con sus mulas, puesto que de ella usó siempre la mujer. Respondió, que se debía, si hubiese sido tenida por causa de uso de ella. El mismo preguntó, si en virtud de esta misma cláusula se habrían de dar los vestidos que habia comprado y hecho para las esclavas ó los mozos de litera de su misma mujer. Respondió, que se habian de dar.

14. [15.] POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro V*.—Si yo hubiere legado una estatua, y después le hubiere añadido un brazo de otra estatua, de todos modos puede ser reivindicada la estatua por el legatario.

15. [16.] SCÉVOLA; *Digesto, libro XV*.—Uno legó á Seya ciertas cosas de oro y plata, y le rogó en estos términos: «te pido, Seya, que todo lo que especialmente te legué en oro ó plata, lo devuelvas y restituyas, cuando mueras, á tal y tal esclavos míos, nacidos en mi casa; el usufruto de cuyas cosas te bastará mientras vivas»; se preguntó, si se le deberá á la legataria el solo usufruto del oro y de la plata. Respondió, que con las palabras que se exponían, se legó la propiedad habiéndose añadido la carga del fideicomiso.

16. [17.] EL MISMO; *Digesto, XVIII*.—Una madre instituyó heredera á una hija que permanecía bajo la potestad de su padre, y le substituyó á su padre Mevio, y escribió así: «cualquiera que fuere

(1) Hal.; vas, el código Fl.

(2) omne ornamentum, la Vulg.

(3) Hal.; petit, el código Fl.

mitto, uti ornamenta mea omnia, aurum, argentum, vestimenta, quibus ego usa sum, ne veneant, et filiae meae reserventur»; quaesitum est, quum filia recusante pater ex substitutione heres extitisset, et intestato decessisset, filia autem bonis eius abstinerat, an fideicommissum petere possit. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, videri patris utiliter fidei commissum; Claudius: quoniam verbo servandi, quod scriptum est, videri in id tempus dilatatum fideicommissum, quo sui iuris futurus esset is (1), cui dabatur.

17. [18.] *ULPIANUS libro XXI. ad Sabinum.*—Si gemma ex annulo legetur, vel aliae materiae iunctae, vel emblemata, recte legantur, et separantur, et praestanda sunt.

18. [19.] *SCAEVOLA libro XXII. Digestorum.*—Qui uxori suae legaverat honorum suorum decimam, et mancipia, et species argenti, quas expresserat, eidem annulos et vestem reddi ab heredibus petiit, quasi propria uxoris fuissent; quaesitum est, si uxoris non fuerint, an praestari ex causa legati deberent. Respondit, legendi animo dedisse ea videri, nisi contrarium ab herede approbetur.

§ 1.—Idem testator fidei commisit uxoris, ut, quicquid ad eam ex testamento eius pervenisset, alumno communi restitueret; quaesitum est, an etiam eas res, quas proprias uxoris suae fuisse testator sciat, eique reddi praecepit, alumno praestare debeat. Respondit, si propriae fuissent, non debere, si legato acquirerentur, debere.

§ 2.—Mulier testamento, et postea codicillis multas species vestis, argenti, quas vel ipsa se confecisse, vel habere significavit, specialiter per fideicommissum reliquit; quaesitum est, an non aliae legatariis cederent, quam quae in hereditate inventae essent. Respondit, eas cedere, quae inventae essent.

19. [20.] *ULPIANUS libro XX. ad Sabinum.*—Quum aurum vel (2) argentum legatum est, quidquid auri argentique relictum sit, legato continetur, sive factum, sive infectum; pecuniam autem signatam placet eo legato non contineri.

§ 1.—Proinde si certum pondus auri sit legatum, vel argenti, magis quantitas legata videtur, nec ex vasis tangit.

§ 2.—Sed si argenti facti pondo centum sint legata, ex facto argento debetur legatum. Unde est quaesitum apud Celsum, an et vascula possit separare. Et scripsit, vascula non separatum, licet ei optio fuerit relicta.

§ 3.—Idem Celsus libro nono (3) decimo Quaestionum quaerit, si centum pondo argenti fuerint relicta, an replumbari debeant, ut sic appendantur. Et Proculus et Celsus aiunt, exempto plumbo appendi debere; nam et emtoribus replumbatae

mi heredero, encomiendo á su fidelidad, que no se vendan ningunos adornos míos, el oro, la plata y los vestidos, que yo usé, y que se reserven para mi hija»; se preguntó, si, habiendo la hija rehusado la herencia, hubiese quedado el padre heredero en virtud de la substitución, y hubiese fallecido intestado, pero habiéndose abstenido de sus bienes la hija, podría pedir el fideicomiso. Respondió, que, según lo que se exponía, se consideraba que se encargó útilmente el fideicomiso al padre; y dice Claudio: porque con las palabras se reserven, que se escribieron, se considera que el fideicomiso fué referido al tiempo en que hubiese de ser de propio derecho aquel á quien se le daba.

17. [18.] *ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXI.*—Si se legase la piedra de un anillo, ú otras materias adheridas, ó adornos embutidos, se legán válidamente, y se separan, y se han de dar.

18. [19.] *SCAÉVOLA; Digesto, libro XXII.*—Uno que había legado á su mujer la décima parte de sus propios bienes, y esclavos, y los objetos de plata, que había expresado, les pidió á los herederos que le diesen á la misma los anillos y el vestido, como si hubiesen sido propios de la mujer; se preguntó, si se deberian dar por causa del legado, si no hubieren sido de la mujer. Respondió, que se considera que los dió con ánimo de legarlos, á no ser que por el heredero se probase lo contrario.

§ 1.—El mismo testador encomendó á la fidelidad de su mujer, que restituyese á un alumno común de ambos todo lo que por el testamento de él hubiese ido á la misma; se preguntó, si deberá entregarle al alumno también aquellas cosas que el testador supiese que eran propias de su mujer, y que mandó le fuesen restituidas. Respondió, que si hubiesen sido propias no debía darlas, y que debía, si fuesen adquiridas por legado.

§ 2.—Una mujer dejó especialmente por fideicomiso en testamento, y después en codicilos, muchas clases de vestidos y de objetos de plata, que indicó que ella misma se hizo, ó tenia; se preguntó, si no les pertenecerian á los legatarios otras sino las que hubiesen sido halladas en la herencia. Respondió, que les pertenecian las que hubiesen sido halladas.

19. [20.] *ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XX.*—Cuando se legó el oro ó la plata, se comprende en el legado todo el oro y toda la plata que se haya legado, ora labrado, ora por labrar; pero está establecido que no se comprende en este legado el dinero acuñado.

§ 1.—Por consiguiente, si se hubiera legado cierto peso de oro, ó de plata, mas bien se considera legada una cantidad, y que no tocará á los vasos.

§ 2.—Pero si se hubieran legado cien libras de plata labrada, el legado se deberá de la plata labrada. Por lo cual se preguntó Celso, si podría separar también los vasos pequeños. Y escribió, que no habrá de separar los vasos pequeños, aunque á él se le hubiere dejado la opción.

§ 3.—Pregunta el mismo Celso en el libro decimo noveno de las Cuestiones, si habiéndose dejado cien libras de plata se deberán desoldar, para pesarlás de este modo. Y dicen Proculus y Celso, que deben ser pesadas habiéndoseles quitado el plomo;

(1) futura esset ea, Hal.
(2) et, Hal.

(3) octavo, Hal.

assignantur, et in rationes argenti pondus sic deferitur; quae sententia habet rationem.

§ 4.—Plane si cui vascula argentea, utputa lancis quadratae sint legatae, etiam plumbum, quo continentur, eum sequetur.

§ 5.—Simili modo quaeritur, si cui argentum legetur, an emblemata aurea, quae in eo sunt, eum sequantur. Et Pomponius libro quinto ex Sabino distinguit, multum interesse, certum pondus ei argenti facti legetur, an vero argentum factum; si pondus, non contineri, si argentum factum, contineri, quoniam argento cedit, quod ad speciem argenti iunctum est, quemadmodum clavi aurei et purpurae pars sunt vestimentorum; [21] (1) idem Pomponius libris Epistolarum, et si non sunt clavi vestimentis consuti, tamen veste legata contineri.

§ 6.—Idem Celsus libro nono (2) decimo Digestorum, Commentariorum septimo, scribit, auro legato ea, quae inaurata sunt, non deberi, nec aurea emblemata, quae in apsidibus (3) argenteis sint.

§ 7.—An autem auri appellatione aurei contineantur, quaeritur; et Quintus Saturninus libro decimo ad Edictum scribit, contineri.

§ 8.—Lectum plane argenteum, vel si qua alia supellex argentea fuit, argenti appellatione non continetur, si numero argenti habita non est, ut in iunctura argentea scio me dixisse, quod non in argentario paterfamilias reponebat. Sed nec candelabra, nec lucernae argenteae, vel sigilla (4), quae in domo reposita sunt, vel imagines argenteae argenti appellatione continebuntur; nec speculum vel parieti affixum, vel etiam quod mulier mundi causa habuit, si modo non in argenti numero habita sunt.

§ 9.—Argento facto legato, Quintus Mucius ait, vasa argentea contineri, veluti parapsidas, acetabula (5), trullas (6), pelves, et his similia; non tamen quae supellectilis sunt.

§ 10.—Sed cui vasa sint legata, non solum ea continentur, quae aliquid in se recipiant edendi bibendique causa paratum, sed et quae aliquid sustineant (7), et ideo scutellas vel promulsidaria contineri. Repositoria quoque continebuntur, nam vasorum appellatio generalis est; dicimus vasa vinaria et navalia.

§ 11.—Infecti autem argenti appellatio rudem materiam continet, id est non factam. Quid ergo, si coeptum sit argentum fabricari, nondum perfectum? utrum facti, an infecti appellatione contineantur, dubitari potest; sed puto, magis facti. Certe si iam erat factum, sed caelabatur (8), facti appellatione continebitur; an et caelati (9) continebitur, quod caelari (10) coepit? Et puto, contineri, si cui forte caelatum (11) sit argentum legatum.

porque también á los compradores se les dan sin el plomo; y así se pone en las cuentas el peso de la plata; cuya opinión tiene fundamento.

§ 4.—Pero si á alguno se le hubieran legado vasos de plata, por ejemplo, las fuentes cuadradas, le corresponderá también el plomo con que se forman.

§ 5.—Del mismo modo se pregunta, si le pertenecerán á aquel á quien se legó la plata, los adornos de oro que hay en ella. Y Pomponio en el libro quinto hace con Sabino la distinción, de que hay mucha diferencia, si se le lega cierto peso de plata labrada, ó la plata labrada; si cierto peso, no se contiene, y si la plata labrada, se comprende, porque cede á la plata lo que se unió al objeto de plata, así como los botones de oro y de púrpura son parte de los vestidos; [21] y el mismo Pomponio dice, en sus libros de Epístolas, que, aunque no esten cosidos los botones á los vestidos, se comprenden, sin embargo, en el vestido legado.

§ 6.—Escribe el mismo Celso en el libro décimo noveno del Digesto, séptimo de los Comentarios, que legado el oro no se deben las cosas que son doradas, ni los adornos de oro que hay en los platos de plata.

§ 7.—Pero se pregunta, si con la denominación de oro se comprenderán los anillos de oro; y escribe Quinto Saturnino en el libro décimo de sus Comentarios al Edicto, que se comprenden.

§ 8.—Pero la cama de plata, ú otro cualquier objeto de plata que hubo en el ajuar, no se comprende con la denominación de plata, si no fué tenida en el número de las cosas de plata, como recuerdo haber dicho respecto al arnés de plata, porque el padre de familia no lo colocaba en el armario de la plata. Pero tampoco se comprenderán con la denominación de plata ni los candelabros, ni las lámparas de plata, ó las estátuas que se hallan colocadas en la casa, ó las imágenes de plata; ni el espejo, ó fijo en la pared, ó aun el que tuvo la mujer para su tocador, si es que no fueron tenidos en el número de las cosas de plata.

§ 9.—Dice Quinto Mucio, que en el legado de plata, labrada se comprenden los vasos de plata, como los platos ovalados, las vinagreras, las garrafas, las fuentes, y otras cosas semejantes á estas; pero no las que son del ajuar.

§ 10.—Pero si á uno se le hubieran legado los vasos, se comprenderán no solamente las cosas que en sí reciban algo preparado para comer y beber, sino también las que sustenten alguna cosa, y por lo tanto se comprenden los platillos para copas ó para los entrantes. También se comprenderán los portaviandas, porque la denominación de vasos es general; pues decimos vasos para vino y de las naves.

§ 11.—Pero la denominación de plata sin labrar comprende la materia en bruto, esto es, no labrada. Luego ¿qué se dirá, si se hubiere comenzado á labrar la plata, y aun no se hubiere terminado? Se puede dudar si se comprenderá con la denominación de labrada, ó con la de sin labrar; pero creo que más bien con la de labrada. Y á la verdad, si ya había sido labrada, pero se la cincelaba, se comprenderá con la denominación de labrada; pero ¿se comprenderá también en la de cincelada la que se comenzó á cincelar? Y opino, que se comprende, si acaso á alguno se le legó la plata cincelada.

(1) Según las ediciones vulgares.

(2) octavo, Hal.

(3) Hal.; absidibus, el código Fl.

(4) argentea, inserta la Vulg.

(5) tabulas, la Vulg.

(6) Hal.; tryllas, el código Fl.

(7) Hal. Vulg.; sustineat, el código Fl.

(8) Hal.; celabatur, el código Fl.

(9) Hal.; celati, el código Fl.

(10) Hal.; celari, el código Fl.

(11) Hal.; celatum, el código Fl.

§ 12.—Si cui escarium argentum legatum sit, id solum debetur, quod ad epulandum in ministerio habuit, id est ad esum et potum. Unde de aquimnario dubitatum est; et puto, contineri, nam et hoc propter escam paratur. Certe si caccabos argenteos habebat, vel milliarium argenteum, vel sartagine, vel aliud vas ad coquendum, dubitari poterit, an escario contineatur. Et haec magis coquinatorii (1) instrumenti sunt.

§ 13.—Perveniamus et ad gemmas inclusas argento auroque; et ait Sabinus, auro argentove cedere, ei enim cedit, cuius maior est species. Quod recte expressum; semper enim quum quaerimus, quid cui cedat, illud spectamus, quid cuius rei ornandae causa adhibetur (2), ut accessio cedat principali; cedent igitur gemmae phialis (3), vel lancibus, inclusae auro argentove.

§ 14.—Sed et in coronis mensarum gemmae coronis cedent, et hae mensis.

§ 15.—In margaritis quoque et auro idem est; nam si margaritae auri ornandi gratia adhibitae sunt, auro cedunt, si contra, aurum margaritis cedet.

§ 16.—Idem et in gemmis annulis inclusis.

§ 17.—Gemmae autem sunt perlucidae materiae, quas, ut refert Sabinus libris ad Vitellium, Servius a lapillis eo distinguebat, quod gemmae essent perlucidae materiae, velut smaragdi, chrysolithi, amethysti (4); lapilli autem contrariae superioribus naturae, ut obsidiani, Veientani (5).

§ 18.—Margaritae autem nec gemmis, nec lapillis contineri, satis constitisse, ibidem Sabinus ait, quia concha apud rubrum mare et crescit, et coalescit.

§ 19.—Murrhina autem vasa in gemmis non esse, Cassius scribit.

§ 20.—Auro legato vasa aurea continentur, et gemmis gemmea vasa; secundum haec sive gemmae sint in aureis vasis, sive in argenteis, auro argentove cedent, quoniam hoc spectamus, quae res cuius rei ornandae causa fuerit adhibita, non quae sit pretiosior.

20. [21. H. 22. V.] PAULUS libro III. ad Sabinum.—Si, ut habiliter gemmae geri possint, inclusae auro fuerint, tum aurum gemmis dicimus cedere.

21. [22. H. 23. V.] POMPONIUS libro VI. ad Sabinum.—In argento potorio utrum id duntaxat sit, in quo bibi possit, an etiam id, quod ad praeparationem bibendi comparatum est, veluti columinarium, et urceoli, dubitari potest; sed proprius (6) est, ut haec quoque insint.

§ 1.—Unguentis legatis non tantum ea legata videntur, quibus unguimur voluptatis causa, sed

§ 12.—Si á uno se le hubiera legado la plata de comer, se comprenderá aquella sola que tuvo en uso para dar banquetes, esto es, para la comida y la bebida. Por lo cual se dudó respecto del aguamanil; y opino que se comprende, porque también este se prepara por causa de la comida. Y ciertamente, si tenía ollas de plata, ó caldera de plata, ó sarten, ú otra vasija para cocer, se podrá dudar si se comprenderá en lo que sirve para la comida. Y estas cosas son más bien utensilios de cocina.

§ 13.—Hablemos también de las piedras preciosas engastadas en plata y oro; y dice Sabino, que ceden al oro ó á la plata, porque una cosa cede á la que es de mayor tamaño. Lo que está perfectamente expresado; porque cuando preguntamos qué cosa cede á otra, miramos siempre qué cosa se agrega para adornar otra cosa, á fin de que la accesión ceda á lo principal; cederán, pues, las piedras preciosas á las copas ó á los platos, engastadas en oro ó plata.

§ 14.—Pero también, en cuanto á las coronas de las mesas, las piedras preciosas cederán á las coronas, y estas á las mesas.

§ 15.—Lo mismo es también en cuanto á las margaritas y al oro; porque si las margaritas fueron puestas para adornar el oro, cederán al oro, y si al contrario, el oro cederá á las margaritas.

§ 16.—Lo mismo también en cuanto á las piedras preciosas puestas en los anillos.

§ 17.—Mas las piedras preciosas son materias muy transparentes, las cuales, como dice Sabino en sus libros de Comentarios á Vitelio, las distingue Servio de otras piedras, en que las preciosas eran materias muy transparentes, como las esmeraldas, los crisolitos y las amatistas; pero las otras piedras, de naturaleza contraria á la de las anteriores, como las obsidianas, y las veyentanas.

§ 18.—En el mismo lugar dice Sabino, que es bastante sabido que las margaritas no se comprenden ni en las piedras preciosas, ni en las otras piedras, porque la concha crece y se cuaja en el mar rojo.

§ 19.—Pero escribe Cassio, que los vasos de murrina no se cuentan entre las piedras preciosas.

§ 20.—En el oro legado se comprenden los vasos de oro, y en las piedras preciosas los vasos de piedras preciosas; según esto, las piedras preciosas, ora esten en vasos de oro, ora en los de plata, cederán al oro ó á la plata, porque miramos esto, qué cosa haya sido empleada para adorno de otra cosa, no cuál sea de más precio.

20. [21. H. 22. V.] PAULO; Comentarios á Sabinus, libro III.—Si para que puedan ser llevadas con comodidad hubieren sido engastadas en oro las piedras preciosas, en este caso decimos que el oro cede á las piedras preciosas.

21. [22. H. 23. V.] POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro VI.—Se puede dudar si en la plata para beber se comprende solamente aquella en que se puede beber, ó también la que se compró para la preparación de las bebidas, como el colador para nieve, y las orcillas; pero es más probable que también se comprendan estas cosas.

§ 1.—Legados los unguentos, no solo se consideran legados aquellos con que nos unguimos por pla-

(1) La Vulg.; coquinatorii, el código Fl.

(2) adhibeatur, Hal.

(3) Hal.; phialis, el código Fl.

(4) Hal.; amethysti, el código Fl.

(5) Hal.; obsidiani, veientani, el código Fl.

(6) Según corrección del código Fl.; proprius, la escritura original, Br.

et valetudinis; qualia sunt Commagena, glaucina (1), crina (2), rosa (3), myrrha (4), colum, nardum purum; hoc quidem etiam, quo elegantiores sint et mundiores, unguuntur feminae.

§ 2.—Sed de aquiminario Cassius ait, consultum se respondisse, quum alteri argentum potorium, alteri escarium legatum esset, escario cedere.

22. [23. H. 24. V.] ULPIANUS libro XXII. ad Sabinum.—Vestimentum (5) id est, quod detextum est, etsi desectum (6) non sit, id est, si sit consummatum (7). Quod in tela est nondum pertextum, vel (8) detextum, contextum appellatur. Quisquis igitur vestem legaverit, neque stamen, neque subtemen (9) legato continebitur.

23. [24. H. 25. V.] IDEM libro XLIV. ad Sabinum.—Vestis, an vestimenta legentur, nihil refert.

§ 1.—Vestimentorum sunt omnia lanea, lineaque, vel serica, vel bombycina (10), quae induendi, praecingendi, amiciendi, insternendi, iniiciendi, incubandive (11) causa parata sunt; et quae his accessionis vice cedunt, quae sunt insitae picturae, clavique, qui vestibus insuuntur.

§ 2.—Vestimenta omnia aut virilia sunt, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiarica. Virilia sunt, quae ipsius patrisfamiliae causa parata sunt, veluti togae, tunicae, palliola, vestimenta stragula, amphotapa (12), et saga, reliquaque similia. Puerilia sunt, quae ad nullum alium usum pertinent, nisi puerilem, veluti togae praetextae, aliculae, chlamydes, pallia (13), quae filiis nostris comparamus. Muliebria sunt, quae matrisfamiliae causa sunt comparata, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione, veluti stolae, pallia, tunicae, capitia, zonae, mitrae, quae magis capitis tegendi, quam ornandi causa sunt comparata, plagulae, penulae. Communia sunt, quibus promiscue utitur mulier cum viro, veluti si eiusmodi penula palliumve est, et reliqua huiusmodi, quibus sine reprehensione vel vir, vel uxor utatur. Familiarica sunt, quae ad familiam vestiendam parata sunt, sicuti saga, tunicae, penulae, lintea, vestimenta stragula, et consimilia.

§ 3.—Vestis etiam ex pellibus constabit (14),

24. [25. H. 26. V.] PAULUS libro XI. ad Sabinum.—quum et tunicas, et stragula pellicia nonnulli habeant;

25. [26. H. 27. V.] ULPIANUS libro XLIV. ad Sabinum.—argumento sunt etiam nationes quaedam, veluti Sarmatarum, quae pellibus teguntur.

§ 1.—Aristo etiam coactilia vesti cedere ait, et tegimenta subselliorum huic legato cedere.

cer, sino también por enfermedad; tales son, la comagena, la glaucina, la crina, la rosa, la mirra, el colo, y el nardo puro; con este, á la verdad, se ungen también las mujeres para estar más elegantes y limpias.

§ 2.—Pero respecto al aguamanil dice Cassio, que habiéndosele consultado respondió, que habiéndose legado á uno la plata que sirve para beber, y á otro la que para comer, cedía á la de comer.

22. [23. H. 24. V.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXII.*—Es vestido lo que ya está tegido, aunque no esté cortado, esto es, si hubiera sido acabado. Porque el que está en el telar todavía no acabado, ó tegido, se llama tegido. Así, pues, si cualquiera hubiere legado un vestido, no se comprenderá en el legado ni el estambre, ni la trama.

23. [24. H. 25. V.] EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XLIV.*—No hay diferencia entre que se legue el vestido, ó el vestuario.

§ 1.—Son vestidos todas las cosas de lana, y de lino, ó de algodón, ó de seda, que han sido preparadas para cubrirse, ceñirse, revestirse, recubrirse, echarse encima, ó estar acostado; y las cosas que ceden á estas por vía de acesión, como son las pinturas hechas en ellas, y los botones que se cosen en los vestidos.

§ 2.—Todos los vestidos son ó de hombre, ó de niño, ó de mujer, ó comunes, ó de esclavos. Son de hombre, los que fueron preparados por causa del mismo padre de familia, como las togas, las túnicas, las capillas, los sobretodos, los manteos, los sayos, y otras cosas semejantes. Son de niño, los que no sirven para ningún otro uso, sino para el de los niños, como las togas pretextas, las mangas de angel, las clamides y las capas, que compramos para nuestros hijos. Son de mujer, los que se compraron por causa de la madre de familia, de los que no puede usar fácilmente sin vituperio el varón, como las estolas, los mantos, las túnicas, las capuchas, los ceñidores, y las mitras, que se compraron más bien para cubrir que para adornar la cabeza, las faldas y los gabanes. Son comunes, aquellos de que indistintamente usan la mujer y el hombre; como si de esta clase fuera el gabán ó el manto, y otras de la misma naturaleza, de que sin censura usa el marido ó la mujer. Son de esclavos, los que están destinados para vestir á la servidumbre, como los sayos, las túnicas, los gabanes, los pañuelos, los sobretodos, y otras cosas semejantes.

§ 3.—Será vestido también el hecho de pieles,

24. [25. H. 26. V.] PAULO; *Comentarios á Sabino, libro XI.*—porque algunos también tienen túnicas y sobretodos de pieles;

25. [26. H. 27. V.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XLIV.*—y sirven también de prueba algunas naciones, como la de los Sármatas, que se visten con pieles.

§ 1.—Aristón dice, que también los fieltros pertenecen al vestido, y que las cubiertas de los asientos pertenecen á este legado.

(1) glaucina, *acertadamente Hal.*
 (2) crinina, *Hal.*
 (3) rhodina, *Hal.*
 (4) *Hal.*; mura, *el código Fl.*; e myrrha quoque, tum nardum purum, *Hal.*
 (5) Vestimenti, *Hal.*
 (6) desertum, *Hal.*
 (7) id est — consummatum, *omitelas Hal.*

(8) pertextum, vel, *omitelas Hal.*
 (9) subtegen, *Hal.*; substamen, *la Vulg.*
 (10) *Hal.*; bombycina, *el código Fl.*
 (11) *Hal.*; incubandive, *el código Fl.*
 (12) *Hal.*; amphotapa, *el código Fl.*
 (13) aliculi et chlamydes et alia, *quae, Hal.*
 (14) *La Vulg. añade como párrafo el fr. 23.*

§ 2.—Vittae (1) margaritarum, item fibulae ornamentorum magis, quam vestis sunt.

§ 3.—Tapeta vesti cedunt, quae aut sterni, aut iniici solent. Sed stragulas, et babylica, quae equis insterni solent, non puto vestis esse.

§ 4.—Fasciae crurales (2) pedulesque, et impilia (3) vestis loco sunt, quia partem corporis vestiunt. Alia causa est udonum (4), quia usum calciamentorum (5) praestant.

§ 5.—Cervicalia quoque vestis nomine continentur.

§ 6.—Si quis addiderit: «vestem suam», apparet, de ea eum sensisse, quam ipse in usus suos habuit.

§ 7.—Culcitrae (6) etiam vestis erunt.

§ 8.—Item pelles caprinae et agninae vestis erunt. (7)

§ 9.—Muliebri veste legata et infantilem contineri, et puellarum, et virginum, Pomponius libro vicesimo secundo ad Sabinum recte scribit; mulieres enim omnes dici, quaecunque sexus feminini sunt.

§ 10.—Ornamenta muliebria sunt, quibus mulier ornatur, veluti inaures, armillae, viriolae, annuli, praeter signatorios, et omnia, quae ad aliam rem nullam parantur, nisi corporis ornandi causa; quo ex numero etiam haec sunt: aurum, gemmae, lapilli, quia (8) aliam nullam in se utilitatem habent. Mundus mulieris est, quo mulier mundior sit; continentur eo specula, matulae, unguenta, vasa unguentaria, et si qua similia dici possunt, veluti lavatio, riscus. Ornamentorum haec: vittae, mitrae, semimitrae, calantica (9), acus cum margarita, quam mulieres habere solent, reticula, crocophantia (10). Sicut et mulier potest esse munda, non tamen ornata, ut solet contingere in his, quae se emundaverint lotae in balneo (11), neque se ornaverint; et contra est aliqua ex somno statim ornata, non tamen commundata.

§ 11.—Margarita, si non soluta sunt, vel qui alii lapides, si quidem exemptiles sint, dicendum est, ornamentorum loco haberi; sed etsi in hoc sint resoluti, ut componantur, ornamentorum loco sunt. Quodsi adhuc sint rudes lapilli, vel margaritae, vel gemmae, ornamentorum loco non erunt, nisi alia mens fuit testantis, qui haec quoque, quae ad ornamenta paraverat, ornamentorum loco et appellatione comprehendere voluit.

§ 12.—Unguenta, quibus valetudinis causa unguimur, mundo non continentur.

26. [27. H. 28. V.] PAULUS libro XI. ad Sa-

§ 2.—Las cintas de margaritas, y también las hebillas, pertenecen más bien al adorno que al vestido.

§ 3.—Los tapetes, que se suelen extender, ó echar encima, pertenecen al vestido. Pero las mantas y los tapices, que se suelen poner á los caballos, no creo que sean vestidos.

§ 4.—Las fajas para las rodillas y para los piés, y las polainas, están en la categoría de vestido, porque visten parte del cuerpo. Distinta es la condición de los escarpines, porque sirven para el calzado.

§ 5.—También las almohadas se comprenden con el nombre de vestido.

§ 6.—Si alguno hubiere añadido: «su vestido», se vé, que él entendié referirse al que él mismo tuvo para sus usos.

§ 7.—Los colchones serán también del vestido.

§ 8.—También serán del vestido las pieles de cabra y las de cordero.

§ 9.—Con razón escribe Pomponio en el libro vigésimo segundo de sus Comentarios á Sabino, que, legados los vestidos de mujer se comprenden también los de las niñas, los de las muchachas, y los de las doncellas; porque se dice mujeres á todas las que son del sexo femenino.

§ 10.—Son adornos de mujer, aquellos con los que se adorna la mujer, como los pendientes, los brazaletes, las puiseras, los anillos, excepto los de sello, y todas las cosas que no se preparan para ninguna otra mas que para adornar el cuerpo; de cuyo número también son estas: el oro, las piedras preciosas, y otras piedras, porque no tienen en sí ninguna otra utilidad. Son objetos del tocador de mujer, aquellos con los que la mujer está más aseada; se comprenden en él los espejos, los orinales, los unguentos, los vasos para unguentos, y otras cosas que se pueden decir semejantes, como los utensilios del baño y el cofre para ropa. Son adornos estos: las cintas, las mitras, las cofias, las tocas, la aguja con margarita, que suelen tener las mujeres, las redecillas, y las escofietas. Así como también la mujer puede estar aseada, pero no adornada, según suele acontecer con aquellas que se han aseado lavándose en el baño, y no se adornaron; y por el contrario, hay algunas que inmediatamente se adornan al despertarse, pero no se asean.

§ 11.—Las margaritas, si no están sueltas, ú otras cualesquiera piedras, si verdaderamente fueran fáciles de quitar, se ha de decir que se consideran en la clase de adornos; pero aunque se hayan desarraigado para componerlas, están en la clase de adornos. Mas si estuvieran todavía en bruto las piedras, ó las margaritas, ó las piedras preciosas, no estarán en la clase de adornos, si no fué otra la intención del testador, que quiso que también estas cosas, que había destinado para adornos, se comprendieran en la clase y con la denominación de adornos.

§ 12.—Los unguentos, con que nos untamos por causa de enfermedad, no se comprenden en los objetos de tocador.

26. [27. H. 28. V.] PAULO; Comentarios á Sa-

(1) legato cedere vice margaritarum, Hal.

(2) crinales, la Vulg.

(3) Según nuestra enmienda; inpilia, el código Fl.; et item pilea, Hal.

(4) Hal.; adonum, Taur.; donum, el código Fl., Br.

(5) Hal.; calciamentorum, el código Fl.

(6) Hal.; Culcitrae, el código Fl.

(7) Este párrafo se considera añadido por antiguos copistas.

(8) qui, Hal.

(9) Hal.; calautica, el código Fl.

(10) Según enmienda Br.; crocufantia, el código Fl.

(11) Taur. según la escritura original; balneo, corrección del código Fl., Br.

binum.—Quamvis quaedam ex veste magis ornatus gratia, quam quò corpus tegant, comparentur, tamen, quod eo nomine sint reperta (1), potius habenda esse vestis numero, quam ornamentorum. Similiter ornamentorum esse constat, quibus uti mulieres venustatis et ornatus causa coeperunt, neque referre, si quaedam eorum alium quoque usum praebeant, sicuti mitrae et anademata; quamvis enim corpus tegant, tamen ornamentorum, non vestis esse.

27. [28. H. 29. V.] ULPIANUS libro XLIV. ad Sabinum.—Quinto Mucius libro secundo Iuris civilis ita definit, argentum factum vas argenteum videri esse.

§ 1.—An, cui argentum omne legatum est, ei numi quoque legati esse videantur, quaeritur; et ego puto, non contineri, non facile enim quisquam argenti numero numos computat. Item argento factò legato, puto, nisi evidenter contra sensisse testatorem appareat, numos non contineri.

§ 2.—Argento omni legato, quod suum esset, sine dubio non debetur id, quod in credito esset; hoc ideo, quia non videtur suum esse, quod vindicari non possit.

§ 3.—Cui aurum vel argentum factum legatum est, si fractum, aut collisum sit, non continetur. Servius enim existimat, aurum vel argentum factum id videri, quo commode uti possumus, argentum autem fractum et collisum non incidere in eam definitionem, sed infecto contineri.

§ 4.—Cui legatum est aurum omne, quod suum esse, quum moreretur, vindicare potuit, suum esse (2). Sed si qua distributio eius rei facta est, tunc interest, quomodo sit legatum; si factum aurum legatum est, omne ad eum pertinet, cui legatum est, ex quo auro aliquid est effectum, sive id suae, sive alterius usionis causa paratum esset, veluti vasa aurea, emblemata, signa, aurum muliebri, et cetera, quae his rebus sunt similia; sed si infectum legatum est, quod eius ita factum est, ut eo, quod ad rem (3) comparatum est, non possit uti sine refectione, quodque ab eo paterfamilias infecti numero fuerat, id videtur legatum esse; si autem aurum vel argentum signatum legatum est, id paterfamilias videtur testamento legasse, quod eius aliqua forma est expressum, veluti quae Philippi (4) sunt, itemque nomismata et similia.

§ 5.—Argento legato non puto ventris causa habita scaphia (5) contineri, quia argenti numero non habentur.

§ 6.—Argentum factum recte quis ita definierit, quod neque in massa, neque in lamina (6), neque in signato, neque in supellectili, neque in mundo, neque in ornamentis insit.

28. [29. H. 30. V.] ALFENUS VARUS libro VII. Digestorum.—Quum in testamento alicui argentum, quod usus sui causa paratum esset, legaretur, itemque vestis, aut supellex, quacsitum est, quid

binum, libro XI.—Aunque algunos vestidos se comprenden mas bien por razón de ornato que para cubrir el cuerpo, sin embargo, como hayan sido encontrados con este nombre, han de ser tenidos en el número de los vestidos mas bien que en el de los adornos. De igual modo es sabido que son adornos cosas de las que empezaron á usar las mujeres por embellecimiento y por ornato, y que no importa que algunas sirvan también para otro uso, como las mitras, y las cintas para la cabeza; porque aunque cubran el cuerpo, pertenecen, sin embargo, al adorno, y no al vestido.

27. [28. H. 29. V.] ULPIANO; Comentarios á Sabinum, libro XLIV.—Quinto Mucio define así en el libro segundo del Derecho civil: se considera que un vaso de plata es plata labrada.

§ 1.—Se pregunta, si se considerará que al que se le legó toda la plata se le legó también el dinero; y yo opino que éste no se comprende, porque no es fácil que nadie cuente el dinero entre los objetos de plata. Asimismo, legada la plata labrada, opino que no se comprende el dinero, á no ser que evidentemente aparezca que el testador entendió lo contrario.

§ 2.—Legada toda la plata, que fuese suya, sin duda no se debe la que se acreditase; y esto por tal razón, porque no se considera que es suya la que no pueda reivindicar.

§ 3.—Si á uno se le legó el oro ó la plata labrada, no se comprende si estuviese rota ó abollada, porque opina Servio, que se considera oro ó plata labrada, aquella de que podemos usar cómodamente, pero que la plata rota ó abollada no entra en esta definición, sino que se comprende en la que está sin labrar.

§ 4.—Aquel á quien se legó todo el oro que fuese suyo cuando muriese, pudo reivindicar el que fuese suyo. Pero si se hizo alguna distribución de él, entonces importa saber de qué modo se haya legado; si se legó el oro labrado, le pertenece al que se le legó todo lo que se hizo con aquel oro, ya si esto hubiese sido destinado para su propio uso, ya si para el de otro, como vasos de oro, adornos, sellos, objetos de oro para mujer, y otras cosas que son semejantes á estas; pero si se legó sin labrar, se considera que se legó el que de este se labró de modo que no puedas usarlo, sin volverlo á labrar, para el objeto á que se destinó, y el que había sido tenido por el padre de familia como no labrado; pero si se legó el oro ó la plata acuñada, se considera que el padre de familia legó en el testamento la que en alguna forma esté acuñada, como las monedas que son de Filipo, y también las medallas, y otras cosas semejantes.

§ 5.—En la plata legada no creo que se comprenden los servicios tenidos para el vientre, porque no se consideran en el número de los objetos de plata.

§ 6.—Cualquiera definirá bien así la plata labrada, la que no esté ni en pasta, ni en láminas, ni acuñada, ni en el ajuar, ni en los objetos de tocador, ni en los adornos.

28. [29. H. 30. V.] ALFENO VARO; Digesto, libro VII.—Habiéndosele legado á uno en testamento la plata que hubiese estado destinada para uso de uno mismo, y además los vestidos, ó el

(1) parata, Hal.

(2) quod suum esset, cum moreretur; eius omne aurum fiet, quod tunc paterfamilias, cum moreretur, vindicare potuit suum esse, Hal.

(3) ut eo, ad quam rem, acertadamente Hal.

(4) Hal.; Filippi, el código Fl.

(5) Hal.; scaphia, el código Fl.

(6) Hal. Vulg.; lamina, el código Fl.

cuiusque usus causa videretur paratum esse, utrumne id argentum, quod victus sui causa paratum paterfamilias ad quotidianum usum parasset, an et si eas mensas argenteas, et eius generis argentum haberet, quo ipse non temere uteretur, sed commodare ad ludos, et ad ceteras apparatuses sole-ret. Et magis placet, quod victus sui causa paratum est, tantum contineri.

29. [30. H. 31. V.] FLORENTINUS libro XI. Institutionum.—Si quando alterius generis materia auro argentove iniecta sit, si factum aurum vel argentum legetur, et id, quod iniectum est, de-beatur.

§ 1.—Utra autem utrius materiae sit accessio, visu atque usu rei, consuetudine (1) patrisfamilias aestimandum est.

30. [31. H. 32. V.] PAULUS libro singulari de assignatione libertorum.—Si quis ita legaverit: «uxori meae mundum, ornamenta, seu quae eius causa paravi, do lego», placet, omnia deberi, sicuti quum ita legatur: «Titio vina, quae in urbe habeo, seu in portu, do lego», omnia deberi; hoc enim verbum «seu» ampliandi legati gratia positum est.

31. [32. H. 33. V.] LABEO libro II. Posteriorum Iavoleno epitomatorum.—Qui lancem maxi-mam, minorem, minimam relinquebat, ita legaverat: «lancem minorem illi lego»; mediae magnitudinis videri legatam lancem responsum est, si non appareret, quam lancem ex his paterfamilias demonstrare voluisset.

32. [33. H. 34. V.] PAULUS libro II. ad Vitellium.—Pediculis argenteis adiuncta sigilla aenea, ceteraque omnia, quae ad eandem similitudinem redigi possunt, argento facto cedunt.

§ 1.—Auro facto adnumerantur gemmae annulis inclusae, quippe annulorum sunt. Cymbia argentea crustis aureis illigata, margaritae, quae ita ornamentis muliebribus contextae sunt, ut in his aspectus auri potentior sit, auro facto adnumerantur. Aurea emblemata, quae in (2) apsidibus argenteis essent, et replumbari possent, deberi Gallus ait, sed Labeo improbat. Tubero autem, quod testator auri numero habuisset, legatum deberi ait, alioquin aurata et inclusa vasa alterius materiae auri numero non habenda.

§ 2.—Argento potorio vel escario legato in his, quae dubium est, cuius generis sint, consuetudinem patrisfamilias spectandam, non etiam in his, quae certum est, eius generis non esse.

§ 3.—Quidam primipilaris uxori suae argentum escarium legaverat; quaesitum est, quum paterfamilias in argento suo vasa habuerit, quibus et potabat, et edebat, an legato haec quoque vasa continerentur. Scaevola respondit, contineri.

§ 4.—Item (3), quum quaereretur de tali legato:

(1) Hal.; consuetudinis, el código Fl.

(2) Según conjetura Br.; lapidibus, inserta el código Fl.

ajuar, se preguntó, qué se consideraría que fué preparado para uso de cualquiera, si la plata que para el cotidiano uso de su comida hubiese destinado el padre de familia, ó si también las mesas de plata, y la plata de esta clase que tuviese, que él usase no inconsideradamente, sino que soliese utilizar en los juegos, y en las demás ostentaciones. Y más bien parece que solamente se comprenda la que se destinó para su propia comida.

29. [30. H. 31. V.] FLORENTINO; Instituta, libro XI.—Cuando al oro ó á la plata se le hubiese unido materia de otro género, si se legase el oro ó la plata labrada, se debe también aquello que se unió.

§ 1.—Pero se ha de estimar por la vista, y por el uso de la cosa, y por la costumbre del padre de familia, cuál de dos materias sea accesión de la otra.

30. [31. H. 32. H.] PAULO; De la asignación de los libertos, libro único.—Si alguien hubiere legado así: «doy y lego á mi mujer los objetos de tocador, los adornos, ó las cosas que por causa de ella preparé», está determinado que se deben todas las cosas, como cuando se lega así: «doy y lego á Ticio los vinos, que tengo en la ciudad, ó en el puerto»; porque esta palabra «ó» se empleó para ampliar el legado.

31. [32. H. 33. V.] LABEÓN; Obras póstumas compendiadas por Javoleno, libro II.—Uno que dejaba un plato grande, otro mediano, y otro pequeño, había legado así: «lego á aquel un plato menor»; se respondió, que se considera legado el plato de mediano tamaño, si no apareciese qué plato de estos haya querido indicar el padre de familia.

32. [33. H. 34. V.] PAULO; Comentarios á Vitelio, libro II.—Las estatuas de bronce adheridas á pedestales de plata, y todas las demás cosas, que se pueden reducir á análoga semejanza, ceden á la plata labrada.

§ 1.—En el oro labrado se cuentan las piedras preciosas engastadas en los anillos, porque son de los anillos. Los vasos de plata de dos asas, esmaltados con relieves de oro, y las margaritas, que de tal modo están unidas á los adornos femeniles, que en estos sea más visible el aspecto del oro, se cuentan en el oro labrado. Los adornos de oro, que hubiese en los platos de plata, y se pudiesen desoldar, dice Gallo que se deben, pero no lo aprueba Labeón. Mas Tuberón dice que se debe como legado lo que el testador hubiese tenido en el número de los objetos de oro, pues de otro modo no se han de tener en el número de los objetos de oro los vasos dorados y los adornados con otra materia.

§ 2.—Legada la plata para beber ó para comer, se ha de atender á la costumbre del padre de familia en cuanto á aquellos objetos sobre los que haya duda de qué género sean, pero no también en cuanto á aquellos que es cierto que no son de esta clase.

§ 3.—Un primipilar había legado á su mujer la plata de comer; se preguntó, si, habiendo tenido el padre de familia entre sus objetos de plata vasos en los que bebía y comía, también estos vasos se comprenderían en el legado. Scévola respondió, que se comprendían.

§ 4.—Asimismo, preguntándose respecto á este

(3) Hal. Vulg.; Idem, el código Fl.

«hoc amplius, filia mea dulcissima, e medio sumito, tibi que habeto ornamentum omne meum muliebri cum auro (1), et si qua alia muliebria apparuerint» (2), quum testatrix negotiatrix fuerit, an non solum argentum, quod in domo, vel intra horreum usibus eius fuit, legato cedat (3), sed etiam quod in basilica fuit muliebri; respondit, si testatrix habuit proprium argentum ad usum suum paratum, non videri id legatum, quod negotiandi causa venale proponi solet, nisi de eo quoque sensisse is, qui petat, probet.

§ 5.—Neratius Proculum refert ita respondisse, vasis electricis legatis nihil interesse, quantum ca vasa, de quibus quaeritur, argenti aut electri habeant (4), sed utrum argentum electro, an electrum argento cedat; id ex aspectu vasorum facilius intelligi posse; quodsi in obscuro sit, inspiciendum est, in utro numero ea vasa is, qui testamentum fecit, habuerit.

§ 6.—Labeo testamento suo Neratiae, uxori suae, nominatim legavit: «vestem, mundum muliebrem omnem, ornamentaque muliebria omnia, lanam, linum, purpuram, versicoloria, facta infectaque omnia», et cetera; sed non mutat substantiam rerum non necessaria verborum multiplicatio, quia (5) Labeo testamento lanam, ac deinde versicoloria scripsit, quasi desierit (6) lana tineta lana esse, detractoque verbo «versicoloria» (7), nihilominus etiam versicoloria debebuntur, si non appareat, aliam defuncti voluntatem fuisse.

§ 7.—Titia mundum muliebrem Septiciae legavit; ea putabat, sibi legata et ornamenta, et monilia, in quibus gemmae et margaritae insunt, et annulos, et vestem tam coloriam, quam versicoloriam; quaesitum est, an haec omnia mundo continentur? Scaevola respondit, ex his, quae proponerentur, duntaxat argentum (8) balneare mundo muliebri contineri.

§ 8.—Item quum in aures, in quibus duae margaritae elenchi, et smaragdi duo, legasset, et postea elenchos iisdem detraxisset, et quaereretur, an nihilominus detractis elenchis in aures deberentur, respondit, deberi, si maneant in aures, quamvis margaritae iis detractae (9) sint.

§ 9.—De alio idem respondit, quum quaedam ornamentum mamillatum (10) ex cylindris triginta quatuor et tympanis (11) margaritis triginta quatuor legasset, et postea quatuor ex cylindris, etiam sex de margaritis detraxisset.

33. [34. H. 35. V.] POMPONIUS libro IV. ad Quintum Mucium.—Inter vestem virilem et vestimenta virilia nihil interest, sed difficultatem facit mens legantis, si et ipse solitus fuerit uti quadam veste, quae etiam mulieribus conveniens est; itaque ante omnia dicendum est, eam legatam esse, de qua senserit testator, non quae revera aut muliebris, aut virilis sit; nam et Quintus Mucius (12)

legado: «además de esto, toma, cariñosísima hija mía, de la masa, y ten para tí, todos mis adornos de mujer con oro, y cualesquiera otros adornos de mujer que aparecieren», si, habiendo sido comerciante la testadora, cederá al legado no solamente la plata que hubo en la casa ó dentro del almacén para uso de ella, sino también la de mujer que había en la tienda del comercio; respondió, que si la testadora tuvo plata propia destinada para su uso, no se considera legada aquella que se soliese exponer como vendible para hacer negocio, si no probara el que la pidiera que también se refirió á ella.

§ 5.—Refiere Neracio, que Próculo respondió así, que, habiéndose legado vasos de electro, nada importaba cuánta plata ó cuánto electro tengan los vasos de que se trata, sino si cederá al electro la plata, ó á la plata el electro; que esto se podía conocer más fácilmente por el aspecto de los vasos; pero que si no estuviese claro, se ha de ver en cuál de las dos clases haya tenido estos vasos el que hizo el testamento.

§ 6.—Labeón legó en su testamento á Neracia, su mujer, determinadamente: «los vestidos, todo el tocador de mujer, todos los adornos de mujer, la lana, el lino, la púrpura, las lanas teñidas de varios colores, y todo lo labrado y sin labrar», y otras cosas; pero la innecesaria redundancia de palabras no cambia la sustancia de las cosas, porque Labeón escribió en el testamento la lana, y luego la teñida de varios colores, como si la lana teñida hubiere dejado de ser lana, y suprimidas las palabras «teñida de varios colores», no obstante se deberá también la teñida de varios colores, si no apareciera que otra fué la voluntad del difunto.

§ 7.—Ticia legó los objetos de tocador á Septicia; creía ésta, que se le legaron también los adornos, y los aderezos, en los que hay engastadas piedras preciosas y margaritas, y los anillos, y los vestidos, tanto de un color como de varios; se preguntó, ¿se comprenderá todo esto en los objetos de tocador? Scévola respondió, que de estas cosas, que se exponían, solamente se comprendía la plata del baño en los objetos de tocador de mujer.

§ 8.—Asimismo, habiendo legado unos pendientes, en los que había dos margaritas conoideas, y dos esmeraldas, y habiéndoles quitado después las conoideas, y preguntándose si á pesar de haberse quitado las conoideas se deberían los pendientes, respondió que se debían, si continuaran siendo pendientes, aunque se les hayan quitado las margaritas.

§ 9.—Lo mismo respondió respecto á otro caso, en que habiendo una legado un adorno del pecho, de treinta y cuatro cilindros y de treinta y cuatro margaritas timpanas, hubiere quitado luego cuatro cilindros, y además seis margaritas.

33. [34. H. 35. V.] POMPONIO; Comentariorum á Quinto Mucio, libro IV.—Ninguna diferencia hay entre vestido de hombre y vestuario de hombre, pero crea la dificultad la intención del que lega, si también él hubiere solido usar algún vestido, que es conveniente también para las mujeres; y así, se ha de decir ante todo, que se legó aquel á que se hubiere referido el testador, no el que en realidad

(1) argento, inserta por conjetura Br.

(2) Hal. Vulg.; apparuerit, el código Fl.

(3) Hal. Vulg.; edit, el código Fl.

(4) Hal. Vulg.; habebant, el código Fl.

(5) quamvis, Hal.

(6) Hal.; desit, ó más bien desit, el código Fl.

(7) Hal. Vulg.; versicolorio, el código Fl.

(8) Taur. al margen; argumentum, en el texto.

(9) Hal. Vulg.; margarita eis detracta, el código Fl.

(10) mamillarum, Hal.

(11) Hal.; tympanis, el código Fl.

(12) Todos los cód. citados por Br.; Titius, por Mucius, Taur. según el código Fl.

ait, scire se quendam senatorem muliebribus coenatoriis uti solitum, qui, si legaret muliebrem vestem, non videretur de ea sensisse, qua ipse quasi virili utebatur.

34. [35. H. 36. V.] IDEM libro IX. ad *Quintum Mucium*. — Scribit Quintus Mucius: si aurum suum omne paterfamilias uxori suae legasset, id aurum, quod aurifici faciendum dedisset, aut quod ei deberetur, si ab aurifice ei repensum non esset, mulieri non debetur. Pomponius: hoc ex parte verum est, ex parte falsum; nam de eo, quod debetur, sine dubio, utputa si auri libras stipulatus fuerit, hoc aurum, quod ei deberetur ex stipulatu, non pertinet ad uxorem, quum illius factum adhuc non sit; id enim, quod suum esset, non quod in actione haberet, legavit. In aurifice falsum est, si aurum dederit, ita ut ex eo auro aliquid sibi faceret; nam tunc licet apud aurificem sit aurum, dominium tamen non mutavit (1), manet (2) eius, qui dedit, et tantum videtur mercedem praestitutum pro opera aurifici; per quod eo perducimur, ut nihilominus uxori debeatur. Quodsi aurum dedit aurifici, ut non tamen (3) ex eo auro fieret sibi aliquod corpusculum, sed (4) ex alio, tunc quatenus dominium transit eius auri ad aurificem, quippe quasi permutationem fecisse videatur, et hoc aurum non transibit ad uxorem.

§ 1.—Item scribit Quintus Mucius, si maritus uxori, quum haberet quinque pondo auri, legasset ita, aurum, quodcumque uxoris causa paratum esset, uti heres uxori daret, etiam si libra auri inde venisset, et mortis tempore amplius, quam quatuor librae non deprehenderentur (5), in totis quinque libris heredem esse obligatum, quoniam articulus «est» praesentis temporis demonstrationem in se continet (6). Quod ipsum, quantum ad ipsam iuris obligationem pertineat, recte dicitur, id est, ut ipso iure heres sit obligatus; verum sciendum, si in hoc alienaverit testator inde libram, quod deminuere vellet ex legato uxoris suae, tunc mutata voluntas defuncti locum faciet doli mali exceptioni, ut, si perseveraverit mulier in petendis quinque libris, exceptione doli mali summoveatur; sed si ex necessitate aliqua compulsus testator, non quod vellet deminuere ex legato, tunc mulieri ipso iure quinque librae auri debentur, nec doli mali exceptio nocebit adversus petentem.

§ 2.—Quod si ita legasset uxori: «aurum, quod eius causa paratum erit», tunc rectissime scribit Quintus Mucius, ut haec scriptura habeat in se et demonstrationem legati, et argumentum; ideoque ipso iure, alienata libra auri, amplius quatuor pondo non remanebunt in obligatione, nec erit utendum distinctione, qua ex causa alienaverit testator.

35. [36. H. 37. V.] PAULUS libro XIV. *Responsorum*. — «Titiae, amicae meae, cum qua sine

(1) *Hal. Vulg.*; mutabit, el código Fl.

(2) *Según nuestra enmienda*; tamen, inserta el código Fl.

(3) tantum, la Vulg.

sea de mujer, ó de hombre; porque también Quinto Mucio dice, que él sabe que cierto senador solía usar vestidos de mujer para cenar, el cual, si hubiese legado los vestidos de mujer, no se consideraría que se refirió á aquellos que él mismo usaba como si fueran de hombre.

34. [35. H. 36. V.] EL MISMO; *Comentarios á Quinto Mucio, libro IX.*—Escribe Quinto Mucio: si un padre de familia hubiese legado á su mujer todo su oro, no se le debe á la mujer el oro que hubiese dado á un orifice para labrarlo, ó el que á él se le debiese, si no se le hubiese devuelto por el orifice. Y dice Pomponio: esto en parte es verdadero, y en parte falso; porque respecto al que se le debe, por ejemplo, si hubiere estipulado cien libras de oro, sin duda que este oro, que se le debería en virtud de la estipulación, no le pertenece á la mujer, puesto que todavía no se hizo de él; porque legó lo que fuese suyo, no aquello á que tuviese acción. Respecto al orifice es falso, si le hubiere dado oro, para que de este oro le hiciese alguna cosa; porque entonces, aunque el oro esté en poder del orifice, no cambió, sin embargo, el dominio, permanece siendo del que lo dió, y se considera ha de pagarle al orifice merced por el trabajo; por lo que se nos lleva á decir, que, esto no obstante, se le debe á la mujer. Pero si le dió oro al orifice, mas no para que le hiciese alguna cosa de este oro, sino de otro, entonces, en tanto cuanto el dominio de este oro pasa al orifice, porque se considera que hubo como permuta, tampoco pasará este oro á la mujer.

§ 1.—También escribe Quinto Mucio, que, si, teniendo cinco libras de oro, el marido le hubiese legado á la mujer todo el oro que ha sido destinado para la mujer, para que á la mujer se lo diese el heredero, aunque después hubiese sido vendida una libra de oro, y al tiempo de la muerte no se hallasen más que cuatro libras, el heredero quedó obligado á todas las cinco libras, porque las palabras «ha sido» contienen en sí la indicación del tiempo presente. Lo cual se dirá con razón en cuanto á la misma obligación de derecho, esto es, que de derecho está obligado el heredero; pero se ha de saber, que si el testador hubiere enajenado una de estas libras con este objeto, porque quisiera disminuir el legado de su mujer, entonces, la voluntad cambiada del difunto dará lugar á la excepción de dolo malo, de suerte que, si la mujer hubiere perseverado en pedir las cinco libras, sea repelida con la excepción de dolo malo; pero si la enajenó el testador compelido por alguna necesidad, no porque quisiera disminuir el legado, entonces se le deberán de derecho á la mujer las cinco libras de oro, y no le perjudicará, pidiéndolas, la excepción de dolo malo.

§ 2.—Pero si le hubiese legado así á su mujer: «el oro que se hubiere preparado por causa de ella», con muchísima razón escribe Quinto Mucio en este caso, que esta cláusula contiene en sí la indicación del legado, y su prueba; y por lo tanto, enajenada una libra de oro, de derecho no quedarán en la obligación más que cuatro libras, ni se habrá de utilizar la distinción de la causa por la que la haya enajenado el testador.

35. [36. H. 37. V.] PAULO; *Respuestas, libro XIV.*—«Quiero que á Ticia, mi amiga, con quien

(4) et, inserta la Vulg.

(5) *Hal.*; deprehenduntur, el código Fl.

(6) *La Vulg.*; continens, el código Fl.

mendacio vixi, auri pondo quinque dari volo»; quaero, an heredes ad praestationem integrae materiae auri, an ad pretium, et quantum praestandum compellendi sint. Paulus respondit, aut aurum ei, de qua (1) quaeritur, praestari oportere, aut pretium auri, quanti comparari potest.

§ 1.—Item quaero, si lite contestata Praetor ita pronuntiavit, ut materia praestetur, an tutores audiendi sint, ab hac sententia pupillum, adversus quem pronuntiatum est, apud successorem eius in integrum restituere volentes. Paulus respondit, Praetorem, qui auro legato certi ponderis materiam praestari iussit, recte pronuntiasse videri.

36. [37. H. 38. V.] SCAEVOLA libro III. Responsorum.—«Seiae dulcissimae poculum aureum, quod elegerit, fidei heredum committo, ut darent» (2); quaero, quum in hereditate non sint nisi trullae (3), scyphi, modioli, phialae, an Seia de his speciebus eligere possit. Respondit, quum omnia potui parata pocula dicuntur, posse eam ex his eligere.

37. [38. H. 39. V.] PAULUS libro XXI. Responsorum.—Ornamentorum appellatione vestem muliebrem non contineri, nec errorem heredis ius mutasse, respondit.

38. [39. H. 40. V.] SCAEVOLA libro III. Responsorum.—Ticia testamento, item codicillis multas species tam argenti, quam vestis specialiter per fideicommissum reliquit; quaero, an non aliae species legato cedant, quam quae in hereditate inventae essent. Respondit, eas cedere, quae inventae essent, de ceteris cavendum, ut, si inventae essent, praestentur.

§ 1.—«Semproniae Piae hoc amplius coopertoria (4) Tabiana, et tunicas tres cum palliis, quae elegerit, dari volo»; quaero, an ex universa veste, id est, an ex synthesisi tunicas singulas (5) et palliola Sempronia eligere possit. Respondit, si essent tunicas singulares cum palliis relictas, ex his duntaxat eligi posse; quodsi non essent (6), heredem vel tunicas, et palliola, sed ex (7) synthesisi praestitutum, vel veram aestimationem earum.

§ 2.—Seia testamento ita cavuit: «si mihi per conditionem humanam contigerit, ipsa faciam; sin (8) autem, ab heredibus meis fieri volo, iubeoque, signum dei ex libris centum in illa sacra aede et in patria statui subscriptione nominis mei»; quaesitum est, quum in eo templo non nisi aut aerea, aut argentea tantum sint dona, heredes Seiae utrum ex argento, an ex auro signum ponere compellendi sunt, an aereum? Respondit, secundum ea, quae proponerentur, argenteum ponendum.

39. [40. H. 41. V.] JAVOLENUS libro II. ex posterioribus Labconis.—Si uxori mundus muliebris legatus esset, ea tantummodo deberi, Ofilius, La-

vivi sin falsia, se le den cinco libras de oro»; pregunto, si habrán de ser compelidos los herederos a la entrega de la materia de oro integra, ó á dar el precio, y cuánto. Paulo respondió, que se le debe dar á ésta, de quien se trata, ó el oro, ó el precio del oro, en que se puede comprar.

§ 1.—También pregunto, si, contestada la demanda el Pretor falló que se entregue la materia, habrán de ser oídos los tutores, que de esta sentencia quieran restituir por entero ante el sucesor de aquel al pupilo contra quien se falló. Paulo respondió, que se considera que el Pretor que mandó, habiéndose legado cierto peso de oro, que se entregase la materia, falló bien.

36. [37. H. 38. V.] SCAEVOLA; Respuestas, libro III.—«Encomiendo á la fidelidad de los herederos, que le den á la dulcísima Seia el vaso de oro, que hubiere elegido»; pregunto, si, no habiendo en la herencia más que garrafas, tazas, pequeños modios, y copas, podrá elegir Seia entre estas especies. Respondió, que, como se dice que todos los vasos están destinados para la bebida, podía ella elegir entre estos.

37. [38. H. 39. V.] PAULO; Respuestas, libro XXI.—Respondí, que con la denominación de adornos no se comprende el vestido de mujer, y que el error del heredero no cambió el derecho.

38. [39. H. 40. V.] SCAEVOLA; Respuestas, libro III.—Ticia dejó especialmente por fideicomiso en testamento y también en codicilos muchas clases, tanto de objetos de plata, como de vestidos; pregunto, si no pertenecerán al legado otras clases sino las que se hubiesen hallado en la herencia. Respondió, que le pertenecen las que hubiesen sido halladas, y que respecto á las demás se ha de dar caución de que se entregarán, si se hubiesen encontrado.

§ 1.—«Quiero que á Sempronia Pia se le den además de esto los cobertores de Tabia, y las tres tunicas con capillas, que hubiere elegido»; pregunto, si podrá elegir Sempronia entre todos los vestidos, esto es, en el guardarropa cada una de las tunicas y las capillas. Respondió, que si se hubiesen dejado tunicas especiales con capillas, solamente de estas se podía elegir; pero que si no se hubiesen dejado, el heredero habrá de entregar ó las tunicas y las capillas, pero del guardarropa, ó la verdadera estimación de ellas.

§ 2.—Seia dispuso así en su testamento: «si por la condición humana me fuere permitido, yo misma la haré; pero si no, quiero que se haga por mis herederos, y mando que se coloque, una representación de Dios, de cien libras, en aquel templo y en mi patria con la inscripción de mi nombre al pie»; se preguntó, no habiendo en aquel templo donativos más que de bronce, ó de plata, ¿han de ser compelidos los herederos de Seia á poner de plata, ó de oro, ó de bronce, la representación? Respondió, que, según lo que se exponía, se ha de poner de plata.

39. [40. H. 41. V.] JAVOLENO; Doctrina de las Obras póstumas de Labcón, libro II.—Si á la mujer se le hubiesen legado los objetos de tocador

(1) quo, Hal.

(2) dent, Hal. Vulg.

(3) Hal.; trullae, et cõlice Fl.

(4) Hal.; coopertoria, et cõdice Fl.

(5) an, inserta Hal.

(6) Taur. al margen; est, en el texto.

(7) tunicam et palliolum ex synthesisi, Hal.

(8) Esto es, si non; minus, inserta Hal.

beo responderunt, quae ex his tradita utendi causa uxori a (1) viro fuissent; aliter enim interpretantibus summam fore captionem, si vascularius aut faber argentarius uxori ita legasset.

§ 1.—Quum ita legatum esset: «argentum, quod domo meae erit, quum moriar», Ofilius, nec quod depositum a se, nec quod commodatum reliquisset, argentum legatum videri, respondit; item Cascellius de commodato. Labeo, quod depositum esset, ita deberi, si praesentis custodiae causa, non perpetuae, veluti thesauro, depositum esset, quia illa verba: «quod domo meae erit» sic accipi debere: «esse solebat»; et hoc probat.

§ 2.—Ateius (2) Servium respondisse scribit, cui argentum, quod in Tusculano fundo, quum moretur, habuisset, legatum esset, et quod, antequam moreretur, ex urbe in Tusculanum iussu testatoris translatum esset, deberi; contra fore, si iniussu (3) translatum esset.

40. [41. H. 42. V.] SCAEVOLA libro XVII. *Digestorum*.—Medico suo contubernali et communium expeditionum comiti inter cetera ita legaverat: «argentum viatorum meum dari volo»; quaesitum est, quum paterfamilias in diversis temporibus Reipublicae causa abfuerat, quod viatorum argentum hoc legato comprehensum esse videtur? Respondit, quod habuisset argentum viatorum eo tempore, quum testamentum faciebat, deberi.

§ 1.—Uxori suae testamento ita legatum est: «Semproniae, dominae meae, hoc amplius argentum balneare»; quaesitum est, an etiam id argentum, quo diebus festis in balneo uti consuevit, legato cedat. Respondit, omne legatum videri.

§ 2.—Mulier decedens ornamenta legaverat ita: «Seiae, amicae meae, ornamenta universa dari volo»; eodem testamento ita scripserat: «funerari me arbitrio viri mei volo, et inferri mihi, quaecunque sepulturae meae causa feram ex ornamentis, lineas duas ex margaritis, et viriolas ex smaragdibus»; sed neque heredes, neque maritus, quum humi corpus daret, ea ornamenta, quae corpori iussum (4) erat adiici, dederunt; quaesitum est, utrum ad eam, cui ornamenta universa reliquerat, pertineant, an ad heredes. Respondit, non ad heredes, sed ad legatariam pertinere.

de mujer, respondieron Ofilio y Labeón, que se deben únicamente los que de ellos se le hubiesen entregado por el marido á la mujer para usarlos; porque los que lo interpretan de otro modo padecerian grave error, si así le hubiese legado á su mujer un fabricante de vasos ó un platero.

§ 1.—Cuando se hubiese legado así: «la plata que hubiere en mi casa, cuando yo muera», respondió Ofilio, que no se considera legada ni la plata que hubiese dejado depositada por él, ni la dada en comodato; lo mismo dice Cascelio respecto á la dada en comodato. Labeón dice, que la que hubiese sido depositada se deberá, si hubiere sido depositada por causa de custodia presente, no perpétua, por ejemplo, en un tesoro, porque aquellas palabras: «que hubiere en mi casa», deben entenderse de este modo: «que solia haber»; y lo apruebo.

§ 2.—Escribe Ateyo que respondió Servio, que á aquel á quien se le hubiese legado la plata, que cuando muriese tuviese en el fundo Tusculano, se le debe también la que antes que muriese hubiera sido trasladada de la ciudad al fundo Tusculano por orden del testador; y que lo contrario sería, si hubiese sido trasladada sin su mandato.

40. [41. H. 42. V.] SCAEVOLA; *Digesto, libro XVII*.—Uno le había legado así á su médico, que vivía con él y le acompañaba en expediciones comunes de ambos, entre otras cosas: «quiero que se le dé mi plata de viaje»; se preguntó, habiéndose ausentado el padre de familia en diversas épocas por causa de la República, ¿qué plata de viaje se considera que fué comprendida en este legado? Respondió, que se debe la plata de viaje que hubiese tenido al tiempo en que hacia el testamento.

§ 1.—Uno legó así en su testamento á su mujer: «á Sempronia, mi señora, además de esto la plata del baño»; se preguntó, si pertenecerá al legado también la plata que acostumbró á usar en el baño los dias de fiesta. Respondió, que se considera legada toda.

§ 2.—Una mujer, al fallecer, habia legado así los adornos: «quiero que á Seya, mi amiga, se le den todos los adornos»; en el mismo testamento habia escrito de este modo: «quiero que se me hagan los funerales á arbitrio de mi marido, y que se entierren conmigo todos los adornos que yo lleve á mi sepultura, dos sargas de margaritas, y las pulseiras de esmeraldas»; pero ni los herederos, ni el marido, dieron, al entregar á la tierra el cuerpo, los adornos que se había dispuesto que se unieran al cuerpo; se preguntó, si le pertenecerán á aquella á quien le habia dejado todos los adornos, ó á los herederos. Respondió, que no les pertenecen á los herederos, sino al legatario.

TIT. III

DE LIBERATIONE LEGATA

1. ULPIANUS libro XXI. *ad Sabinum*.—Omni-bus debitoribus ea, quae debent, recte legantur, licet domini eorum sint.

§ 1.—Iulianus scripsit, si res pignori data legetur debitori a creditore, valere legatum, habereque eum actionem, ut pignus recipiat, priusquam pecuniam solvat; sic autem loquitur Iulianus, quasi debitum non debeat lucrari; sed si alia testantis

(1) *Hal. Vulg.*; a, *omittela el código Fl.*

(2) *Hal.*; *Atteius, el código Fl.*

TÍTULO III

DEL LEGADO DE LA LIBERACIÓN

1. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXI*.—Válidamente se legan á todos los deudores las cosas que deben, aunque sean dueños de ellas.

§ 1.—Escribió Juliano, que si al deudor se le legase por el acreedor la cosa dada en prenda, es válido el legado, y tiene él acción para recobrar la prenda antes de pagar el dinero; pero así habla Juliano, como si no debiera lucrar la deuda; pero si

(3) *si sine iussu, Hal.*

(4) *Según enmienda Br.*; *iussus, el código Fl.*

voluntas fuit, et ad hoc pervenietur exemplo luitionis.

2. POMPONIUS libro VI. ad Sabinum.— Heredem damnatum a fideiussore non petere, a (1) reo petere posse; sed a reo petere vetitum, si a fideiussore petat, reo ex testamento teneri Celsus putat.

§ 1.—Idem Celsus ait, nullam dubitationem habere, quin herede petere a debitore vetito, nec heredes heredis petere possit.

3. ULPIANUS libro XXIII. ad Sabinum.— Libérationem debitori posse legari, iam certum est.

§ 1.—Sed et si chirographum quis decedens debitori suo dederit, exceptionem ei competere puto, quasi pro fideicommisso huiusmodi datione valitura.

§ 2.—Julianus etiam libro quadragesimo Digestorum scripsit, si quis decedens chirographum Seii Titio dederit, ut post mortem suam Seio det, aut, si convaluisset, sibi redderet, deinde Titius defuncto donatore, Seio dederit, et heres eius petat debitum, Seius doli exceptionem habet.

§ 3.—Nunc de effectu legati videamus; et si quidem mihi liberatio sit relicta, quum solus sim debitor, sive a me petatur, exceptione uti possum, sive non petatur, possum (2) agere, ut liberer per acceptilationem. Sed etsi cum alio sim debitor, puta duo rei fuimus promittendi, et mihi soli testator consultum voluit, agendo consequar, non ut accepto liberer, ne etiam correus meus liberetur contra testatoris voluntatem, sed pacto liberabor. Sed quid si socii fuimus. Videamus ne per acceptilationem debeam liberari, alioquin, dum a correo meo petitur, ego inquietor. Et ita Julianus libro trigesimo secundo Digestorum scripsit, si quidem socii non simus, pacto me debere liberari, si socii, per acceptilationem.

§ 4.—Consequenter quaeritur, an et ille socius pro legatario habeatur, cuius nomen in testamento scriptum non est, licet commodum ex testamento ad utrumque pertineat, si socii sunt. Et est verum, non solum eum, cuius nomen in testamento scriptum est, legatarium habendum, verum eum quoque, qui non est scriptus, si et eius contemplatione liberatio relicta esset.

§ 5.—Utrique autem legatarii habentur et in hoc casu; nam et si quod ego debeo Titio, sit ei legatum mei gratia, ut ego liberer, nemo me negabit legatarium, ut et Julianus eodem libro scribit, et Marcellus notat, utriusque legatum esse, tam meum, quam creditoris mei, et si solvendo fuero; interesse enim creditoris, duos reos habere.

4. POMPONIUS libro VII. ex Plautio.— Quid ergo est, quum agere poterit creditor ex testamen-

tué otra la voluntad del testador, también se llegará a esto á la manera que por el pago.

2. POMPONIO; Comentarios á Sabino, libro VI.—Opina Celso, que el heredero condenado á no pedir al fiador, puede reclamarle al deudor; pero que aquel á quien se le vedó reclamarle al deudor queda obligado al deudor en virtud del testamento, si le reclamara al fiador.

§ 1.—El mismo Celso dice, que no hay duda alguna de que habiéndose vedado al heredero que le reclame al deudor, tampoco podrá pedirle el heredero del heredero.

3. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXIII.—Ya es cosa cierta que se le puede legar al deudor la liberación.

§ 1.—Pero también si uno al morir le hubiere dado á su deudor el quirógrafo, opino que le compete excepción, como si esta dación hubiese de valer por fideicomiso.

§ 2.—También Juliano escribió en el libro cuadragesimo del Digesto, que si alguno al morir hubiere dado á Ticio un quirógrafo de Seyo, para que después de su muerte se lo dé á Seyo, ó para que si él hubiese convallecido se lo devuelva, y después Ticio, habiendo fallecido el donador, se lo hubiere dado á Seyo, y el heredero de aquel pidiese la deuda, Seyo tiene la excepción de dolo.

§ 3.—Veamos ahora el efecto del legado; y si verdaderamente se me hubiera dejado la liberación, siendo yo solo el deudor, si se me reclama, puedo usar de excepción, y si no se me reclama, puedo ejercitar la acción, para que se me libere por la aceptación. Pero aunque yo sea deudor junto con otro, por ejemplo, si fuimos dos los que prometimos, y el testador quiso mirar solamente por mí, ejercitando yo la acción conseguiré, no que se me libere como si se hubiera pagado, para que no sea liberado también mi codeudor contra la voluntad del testador, sino que quedaré libre por pacto. Mas ¿qué se dirá si fuimos socios? Veamos si no deberé quedar libre por la aceptación, pues de otro modo, reclamándosele á mi codeudor, soy molestado. Y así, escribió Juliano en el libro trigésimo segundo del Digesto, que si verdaderamente no fuéramos socios, debo ser liberado por pacto, y si fuéramos socios, por la aceptación.

§ 4.—Consiguientemente se pregunta, si será tenido como legatario también aquel socio, cuyo nombre no se escribió en el testamento, aunque el beneficio del testamento les pertenezca á ambos, si son socios. Y es verdad, que ha de ser tenido como legatario no solamente aquel cuyo nombre se escribió en el testamento, sino también el que no fué inscrito, si también por consideración á él hubiese sido dejada la liberación.

§ 5.—Pero ambos son considerados legatarios también en este caso; porque también si lo que yo le debo á Ticio le hubiera sido legado á este por consideración á mí, para que yo quede libre, nadie dirá que no soy legatario, como escribe también Juliano en el mismo libro, y observa Marcelo, que el legado es de ambos, tanto mío, como de mi acreedor, aun cuando yo fuere solvente; porque le interesa al acreedor tener dos deudores.

4. POMPONIO; Doctrina de Plautio, libro VII.—¿Qué se dirá, pues, cuando el acreedor pudiere

(1) Hal.; ab, el código Fl.

(2) Hal. Vulg.; possim, el código Fl.

to? Non aliter heres condemnari debet, quam si caveatur ei adversus debitorem defensum iri. Item agente debitore nihil amplius heres praestare debet, quam ut eum adversus creditorem defendat.

5. *ULPIANUS libro XXIII. ad Sabinum.*—Si quis reum habeat et fideiussorem, et reo liberationem (1) leget, Iulianus ibidem scripsit, reum per acceptilationem liberandum, alioquin si fideiussorem coeperit convenire, alia ratione reus convenitur. Quid tamen, si donationis causa fideiussor intervenit, nec habet adversus reum regressum, vel quid, si ad fideiussorem pecunia pervenerit, et ipse reum dederit vice sua, ipseque fideiusserit? pacto est reus liberandus. Atquin solemus dicere, pacti exceptionem fideiussori dandam, quae reo competit; sed quum alia sit mens legantis, alia paciscentis, nequaquam hoc dicimus.

§ 1.—Quodsi fideiussori sit liberatio legata, sine dubio, ut et Iulianus scripsit, pacto erit fideiussor liberandus; sed et hic puto interdum acceptilatione liberandum, si vel reus ipse vere fuit, aut in eam rem socius reus.

§ 2.—Idem Iulianus eodem libro scripsit, si filius familias debitor fuerit, et patri eius fuerit liberatio relicta, patrem pacto liberandum esse, ne etiam filius liberetur; et parvi, inquit, refert, si sit aliquid in peculio die legati cedente, nec ne; securitatem enim pater per hoc legatum consequitur, maxime, inquit, quum rei iudicandae tempus circa peculium spectetur. Huic patri similem facit Iulianus maritum, cui uxor post divortium liberationem dotis legavit; nam et hunc, licet die legati cedente solvendo non sit, legatarium esse, et utrumque, ait, solum repetere non posse. Sed est verius, quod Marcellus notat, patrem petere posse; nondum enim erat debitor, quum solveret; maritum non posse, quod debitum solvit, patrem enim etsi quis debitorem existimaverit, attamen loco esse conditionalis debitoris, quem solum repetere posse non ambigitur.

§ 3.—Sed si damnatus sit heres filium liberare, non adicit Iulianus, utrum acceptilatione filius, an pacto sit liberandus. Sed videtur hoc sentire, quasi acceptilatione debeat liberari; quae res patri quoque proderit. Quod obtinendum est, nisi evidenter approbetur, contrarium sensisse testatorem, id est, ne filius inquietetur, non, ne pater; tunc enim acceptilatione eum non liberandum, sed pacto.

§ 4.—Idem Iulianus scripsit, si pro filio pater fideiusserit, eique liberatio sit legata, eum pacto liberandum, quasi fideiussorem, non quasi patrem, et ideo de peculio posse conveniri; hoc ita demum putat, si duntaxat quasi fideiussorem (2) eum voluit testator liberari; ceterum si et quasi patrem, et de peculio erit liberandus.

(1) Libertatem, *Hal.*

(2) non quasi patrem, *inserta la Vulg.*

ejercitar la acción del testamento? Que el heredero no deberá ser condenado de otra suerte, sino si se le diera caución de que habrá de ser defendido contra el deudor. Asimismo, ejercitando la acción del deudor, el heredero no debe responder de nada más, sino de que lo defenderá contra el acreedor.

5. *ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXIII.*—Si alguien tuviera deudor y fiador, y legara al deudor la liberación, escribió Juliano en el mismo lugar, que el deudor ha de quedar libre por aceptación, porque de otra suerte, si hubiere comenzado á demandar al fiador, es demandado por otra razón el deudor. Pero ¿qué se dirá si intervino fiador por causa de donación, y no tiene repetición contra el deudor, ó qué, si el dinero hubiere ido al fiador, y él hubiere dado deudor en su lugar, y él mismo hubiere afianzado? Que el deudor ha de ser liberado por pacto. Mas solemos decir, que al fiador se le ha de dar la excepción del pacto, que compete al deudor; pero siendo una la intención del que lega, y otra la del que pacta, de ninguna manera decimos esto.

§ 1.—Pero si la liberación hubiera sido legada al fiador, sin duda que, como escribió también Juliano, habrá de ser liberado por pacto el fiador; pero aun en este caso creo que á veces habrá de ser liberado por aceptación, si él mismo fué verdaderamente deudor, ó socio deudor en este negocio.

§ 2.—El mismo Juliano escribió en el mismo libro, que si un hijo de familia hubiere sido deudor, y á su padre le hubiere sido dejada la liberación, el padre habrá de ser liberado por pacto, para que no sea liberado también el hijo; y poco importa, dice, si hay, ó no, algo en el peculio al correr el término del legado; porque el padre consigue por este legado la seguridad, mayormente, dice, porque respecto al peculio se atiende al tiempo de ser juzgado el negocio. A este padre asemeja Juliano el marido, á quien la mujer le legó después del divorcio la liberación de la dote; porque también este es legatario, aunque no sea solvente al correr el término del legado, y ni uno ni otro, dice, pueden repetir lo pagado. Pero es más verdadero lo que observa Marcelo, que el padre puede pedirlo; porque todavía no era deudor cuando pagó; pero el marido no puede, porque pagó lo que debía, pues aunque alguien juzgare deudor al padre, está, sin embargo, en el lugar de deudor condicional, el cual no se duda que puede repetir lo pagado.

§ 3.—Pero si el heredero hubiera sido condenado á liberar al hijo, no añade Juliano, si el hijo haya de ser liberado por aceptación, ó por pacto. Pero parece que entendió esto, que deberá ser liberado como por aceptación; lo cual le aprovechará también al padre. Esto se ha de observar, á no ser que evidentemente se pruebe que el testador entendió lo contrario, esto es, que no sea molestado el hijo, no que no lo sea el padre; porque entonces no habrá de ser liberado él por la aceptación, sino por pacto.

§ 4.—Escribió el mismo Juliano, que si el padre hubiere sido fiador del hijo, y le hubiera sido legada la liberación, ha de ser liberado por pacto, como fiador, no como padre, y que por lo tanto puede ser demandado con la acción de peculio; esto lo cree así solamente, si el testador quiso que fuese liberado únicamente como fiador; pero si también como padre, también habrá de ser liberado de la acción de peculio.